

quod non fecerit Dominus, Amos 3. 6.) per illam tolerantiam satisfaciatis penis à se debitis, & in alia vita salutem consequatur æternam; quod etiam docet Lestius dist. quæst. 15. art. 2. num. 11.

Ne pigeat lectorem legere sequentia exempla, quibus confirmantur ea, quæ hucusque dicta sunt; & ipsam Carati animarum uti poterunt ad hortandos populos, ut patienter tolerant afflictiones, & pœnas sibi ab extrinseco provenientes, tamquam satisfactorias pro peccatis. In primis addendus bonus Latio veniens petens in Cruce, cujus tormentum patienter tolerans merito audit à Redemptore: Hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23. 43. ubi explicat Tirinus: Non in Cælo Empyreo, sed in consorcio tot myriadum Sanctorum Patrum, & in clara visione Dei, que intuitu mortis Christi, statim atque expiravit, concessa est omnibus in Limbo. Ergo bonus Latio non tetigit pœnas Purgatorii, quibus plenè satisfecerat, per mortis in Cruce, (ut addit Tirinus) constantem tolerantiam.

Alterum sit exemplum, quod legitur in vita Sanctæ Mariæ Magdalenz de Pazziis can. 64. in fin. Auctore ejus Confessorio Vincentio Puccinio; narrat enim ibidem, ipsam Sanctam rogasse pro salute duorum Reorum ultimo supplicio damnatorum; cumque rapta esset in extasim: intese da Dio, come si erano tutti due salvati, & che uno di loro (notetur) aveva abbracciata quella morte con tanta prontezza in penitenza de' suoi peccati, ed era morto con tanta contrizione, che subito era volato al Cielo. En quantum vim satisfaciendi habeat promptitudo animi in tolerandis flagellis, & afflictionibus ab extrinseco provenientibus, & præcipue ignominiosam mortem.

His addenda relatio, quam ex Sancto Antonino scribit Mathæol. in Sylva Histor. part. 1. lib. 2. tit. 4. exempl. 1. Infirmum scilicet, cui nimis gravis videbatur ejus ægritudo, & ex Angeli oblatione deductum in Purgatorio, voluisse potius reverti in hanc vitam, & infirmitatem per annum tolerare, quam per unicum diem ignis Purgatorii dolorem sufferere. Itaque tolerantia infirmitatum satisfecit penis in Purgatorio alijs servandis. Non dissimilis est narratio, quæ legitur apud Alphons. Rodriquez in Exercitio Perfect. Christiane part. 2. tract. 1. cap. 22. scilicet, Eremi incolam distantem à flumine per miliaria duodecim, & cogitantem evitare laborem illius itineris, ac habitare propè flumen; dum iret, audivisse Angelum numerantem gressus ejus, & dicentem, quod eorum quilibet valebat plurimi pro merito, ac satisfactioe penarum. Constat igitur, quod quilibet afflictio, penaltasve patienter tolerata est causa meriti, ac satisfactioe penis.

His ita firmatis non obstant argumenta ab initio in contrarium adducta. Non primum, quod satisfactio debet esse voluntaria; hæc autem penalitates videntur coactæ, & haberi ab omnibus cum repugnantia nature. Quia respondetur, hæc repugnantiam consistere in sensu, & in parte inferiori, quæ naturaliter repugnat in afflictionibus, prout experiebatur Apostolus dicens ad Rom. 7. 23. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. At per actus voluntatis eligentis tolerare penalitates, easdem fieri satisfactorias. Quod verò ad fugam, quam suavit Christus Apostolis in illis verbis, Cum vos persequerentur in una Civitate fugite in aliam. Matth. 10. Et quò ad fugam ab Herode, quam fecti ipsemet Salvator, respondet S. Athanasius in Apologia de fuga sua ante med. non ex eo doceri reculandas esse penalitates, ac afflictiones; sed expectandum esse tempus vel carceris, vel mortis à Divina providentia statutum; quod cum ignoret humana mens, debet fugere, donec certificetur à Deo de tempore, in quo oporteat pati, ac mo-

ri. Idèoque, qui infans fugerat ab Herode, & pluries se absconderat à Judæis, cum à se definitum tempus ipse adduxisset, in quo corporaliter per omnibus pati volebat, ultro seipsum tradidit insidiantibus.

Ad secundum respondetur, procedere in Judicibus, & Principibus terrenis, quibus satisfieri non potest pro duobus creditis unica tantum solutione. At aliter dicendum venit in cœlestibus, & deipso Deo, cujus tanta est munificencia, ut una afflictione pro ejus amore voluntarie acceptata, ac tolerata possimus pluribus debitis satisfacere: ut fufius probat Eminent. Card. de Lauræa de Penitent. d. disp. 13. art. 6. num. 165. ubi ita habet: Licet Deus flagellet ex motivo justæ ultionis, adhuc flagellatus potest ea flagella tolerare ob peccatorum vindictam, & sic aliquam partem pœne satisficere.

Ad Tertium respondetur, illationem, & consequentiam non concludere; quia etsi homo tolerans adversitates satisfaciatis penis pro suis culpis debitis, nihilominus, cum nesciat quantitate penarum, ad quam est obligatus, tenetur alias voluntarias penalitates assumere, & ita vivere, ut ejus vita, (juxta verba S. Concilii Trid. d. sess. 14. in doctrina de Sacram. Extrem. Unct.) sit perpetua Penitentia; quod bene considerat idem Eminent. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 6. num. 176. & Paulus Segneri in Christiano Instr. part. 3. Sermon. 19. num. 17. ubi eleganter exemplificat de Myrtha, quæ symbolum est penitentis; duplicem enim ait illam esse; Unam, quæ ex incisione corticum arboris fluit; aliam, quæ voluntarie emanat ex ipsis corticibus, & est pretiosior; ita satisfactio pro peccatis alia extrahitur ex afflictionibus ab extrinseco nobis quomodolibet provenientibus, & per nos patienter toleratis; alia ex penalitatibus à nobis voluntarie electis, & assumptis; & hæc quidem majoris virtutis est pro diluendo debito nostrarum culparum.

DECISIO VIII.

ARGUMENTUM.

Examinateur tria dubia circa energiam Satisfactionis in sufferendis afflictionibus ab extrinseco; nempe, An sit necessaria intentio Satisfaciendi? An, qui illas sufferit, debeat esse in gratia? Et an homo possit satisfacere pro suis peccatis nondum remissis? Circa primum declaratur, quid, & quomplex sit intentio; Circa secundum referuntur tres opiniones; Circa tertium proponitur sententia affirmativa Emin. Card. de Lauræa contra communem aliorum.

SUMMARYUM.

- 1 Intentio satisfaciendi an sit necessaria ad satisfaciendum?
- 2 Intentio duplex Formalis, & Virtualis.
- 3 Intentio Virtualis in patiente sufficit ad satisfaciendum.
- 4 Actus satisfactorii, ut valeant, an requirant statum gratiæ?
- 5 Argumenta pro affirmativa.
- 6 Pro negativa.
- 7 Concordantia dictarum opinionum.
- 8 Satisficere an possimus pro peccatis nondum dimissis?
- 9 Rationes, quòd possimus.
- 10 Auctoritas ex Brevis Apostolico Alexandri Pape VII. pro hac opinione affirmativa.

Pro majori intelligentia prædictorum tria dubia sunt hic examinanda. Primum est, an sit necessaria in homine intentio satisfaciendi, ad hoc ut opera penalia, vel voluntarie assumpta, vel

vel ab extrinseco provenientia patienter tolerata, sint satisfactoria? Ad quod respondetur, utique requiri intentionem satisfaciendi quamvis non sit necessaria intentio formalis, sed sufficiat virtualis, & equivalens. Supponimus, Lectorem non latere, quid sit intentio formalis, & quid sit intentio virtualis? Prima enim, quæ etiam Actualis appellatur, est reflexio intellectus ad opus volitum, & determinatum à voluntate. Tamb. de Sacrific. Miss. lib. 2. cap. 1. §. 2. ubi num. 4. DD. allegat, & notat discrepantiam eorumdem in assignando subiecto, in quo residet energia intentionis virtualis, dicens: Alii quidem docent, esse applicationem potentiarum exteriorum bonis, quæ ex vi intentionis præterite, remanent applicata ad ea media. Alii putant esse connexionem quandam, quæ remanet inter primam intentionem, & subinde inter actiones subsequentes. Alii dicunt esse quamdam entitatem necessariam à prædicta prima intentione restantem in imaginatione, & appetitu sensitivo, seu etiam, saltem aliquando, in intellectu. In voluntate; quo entitas (quæ quovis modo vis perceptibilis) movet potentias ad illas consequentes actus. Quæ omnia breviter, & facilius declarat nostra Eretotema cap. 134. De Sacramentis in genere num. 19. his verbis: Intentio formalis, seu actualis est; quæ consistit in voluntate præterita. Virtualis est, quæ iam voluta ad actionem mox faciendam, recedit à memoria, non à voluntate. Diana part. 2. tract. 17. resol. 32. Coton. lib. 2. cap. 2. num. 29. & seqq.

Igitur necessaria est intentio, ut opera penalia sint satisfactoria; quia, ut ait Aristoteles 2. Ethic. 4. Studiosè operans debet esse sciens, & volens propter ipsum, id est scire finem, ob quem operatur; idcirco, ut opus sit satisfactorium, debet homo illud assumere, vel tolerare ob finem satisfaciendi; eum enim finis sit, cuius gratia cetera sunt. 1. Ethic. 7. oportet ad satisfaciendum, ut opera penalia assumantur, vel tolerentur ob hunc finem. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. de Penitentia art. 8. num. 206. Non tamen requiritur absolute intentio, seu finis formalis, quia sufficit virtualis consistens in actu voluntatis præterito; siquidem sicut hæc intentio virtualis satis est ad actum aliam virtutum, ut permancat in suo genere, ut plene probat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. num. 208. Ita satis est ad actum satisfactorium. Idcirco si quis velit aliquid opus facere, seu tolerare cum intentione satisfaciendi pro peccatis, seu pro pœna illis debita; deinde amplius non recordetur, & non advertat ad hunc finem, nihilominus exercendo, vel tolerando illud opus assistivum, satisficit pro suis peccatis. Alterum dubium est, An actus satisfaciendi, ut vere satisficiant, fieri debeant ab existente in gratia? aded ut si sunt in peccato mortali nihil valeant? Circa hoc dubium tres sunt opiniones. Prima tenet, actus satisfactorios factos in peccato mortali, nihil valere. Secunda, è contra affirmat, eos valere, & satisficere. Prima est Thomistarum; Secunda Scotistarum. Tertia distinguit, & ait, eos non valere, durante statu peccati mortalis; at, eo evacuato per reditum ad gratiam, illos habere suum effectum remissionis pœne. Summatim referam rationes harum opinionum.

Prima opinio innititur his fundamentis. 1. Docet omnis gloriatio nostra in Christo esse, in quo vivimus, in quo moreremur, in quo satisficimus fructus digni penitentia, qui ex illo vim habent. Igitur, ut satisficiamus, debemus vivere in Christo, quia Christus non influit nisi in membra ejus viva per gratiam. Sed qui in peccato est, non vivit in Christo; ergo non satisficit, quamvis actus penales, & satisfactorios faciat, vel toleret. 2. Ait Apostolus 1. Cor. 1. Si caritatem non habuerit, nihil mihi prodest. Et ad Rom. 2. Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, Sanctam, Deo placentem. Idè dicitur Eccles. 34. Dona impiorum non probat Altissimus. Et Prov. verb. 14. Vitium impiorum abominabile. Ergo opera extra caritatem facta non sunt Deo accepta; nec consequenter satisfactoria. 3. Remissio pœne temporalis est opus amici; siquidem præparata operam ad consecutionem gloriæ, removendo impedimenta relicta à peccatis. Ergo non potest conferri peccatori inimico. 4. Opera bona facta in statu peccati possunt prodesse ad præmia temporalia; sedus autem ad gloriam æternam. Sed satisfactio penarum concernit æternam gloriam, removendo impedimenta ad illam. Ergo, 5. Operibus nostris neque mereremur, neque satisficimus, nisi in virtute passionis Christi. Sed passio Christi non prodest existentibus in peccato mortali. Ergo opera facta in peccato non proficiunt ad satisfaciendum. 6. Pœna æterna fuit commutata in temporalem ex gratia Dei. Ergo in gratia Dei est solvenda. 7. In alia vita qui non est in gratia Dei, est patiatur, non satisficit, Ergo neque in præterita vita. 8. Si existens in peccato mortali faciendo opera penalia satisficeret, pro penis, posset etiam sumere Indulgentias. Sed consequens est falsum. Ergo & antecedens. Hæc est opinio S. Thomæ in 4. disp. 15. q. 1. art. 3. quæstion. 2. & Suarezii tom. 4. d. disp. 37. sect. 2. n. 3. ubi plurimos sequaces convulcat. Altera opinio est Scoti in 4. disp. 15. d. disp. 15. quæst. 1. 0. & ejus Scholæ Theologorum, inter quos Maltrius, alios allegans tom. 4. in 4. Sent. disp. 5. a num. 379. & seqq. nec non in sua Theologia Morali disp. 21. num. 276. ac Eminentis. Card. de Lauræa d. tom. 4. de Penitentia disp. 13. art. 9. ultra quos ex Canonistis Navarrus in cap. 1. num. 45. de Penitent. disp. 6. ac in Manuali cap. 3. num. 6. & ex Moralibus Diana part. 3. tract. 4. resol. 84. Item part. 4. tract. 4. resol. 241. & part. 5. tract. 13. resol. 38. Quæ nunc existunt in opere Coordinato tom. 1. tract. 6. resol. 35. 36. & 37. Fundamenta huius opinionis sunt. 1. Quia restitutum in gratiam Principis cum obligatione solvendi certam summam suo ærario publico; licet committat novum delictum; si solvat dictam summam, satisficit priori suæ obligationi; adeò ut iterùm recuperet gratiam Principis, non teneatur dictam summam soltam iterùm solvere. 2. Quia solutio Pœnæ non est acquiescentia juris ad gloriam, sed est redditio ejus, quod debetur; & hæc redditio fieri potest tam ab amico, quam ab inimico. 3. Satisficimus Voto, si existat in mortali, nihilominus satisficimus, nec tenetur post dimissum mortale, iterùm eidem Voto satisficere. 4. Similiter qui adimplet operam de præcepto in mortali, satisficit præcepto, nec tenetur eadem opera repetere, ut in recitante divinum Officium, vel audiente Sacram; ea ratione, quia illa opera sunt solutiones debiti. Ergo idem in solutione penarum pro peccatis dimissis. 5. Satisfactio pro culpa fieri potest in peccato, scilicet per attritionem, & confessionem; utraque enim est compensatio, & satisfactio pro culpa, etsi non de condigno, sed de congruo. Ergo eò magis satisfactio pro pœna. 6. Si esset necessarius status gratiæ pro valore satisfactionis, assignaretur aliquis locus Scripturæ, vel Concilii, in quo esset requisitus ipse status gratiæ de necessitate satisfactionis. Sed nullus locus assignari potest. Ergo. Nec dicantur, esse supra assignata in primo fundamentum opinionis contrariæ, quia Conc. Trid. sess. 14. cap. 8. intelligendum est, non de gratia habituali, sed de auxiliis, quæ dantur à Christo ad quæcumque bona opera peragenda; siquidem si esset necessaria

ria gratia sanctificans ad satisfaciendum, eam Concilium expressisset; quod non fecit; sed tantum dixit, non solum penas à nobis voluntarij susceptas, sed et flagella patienter tolerata, esse satisfactiones pro peccatis, 7. Satisfactio injuncta à Confessario pro peccatis potest adimpleri ante absolutionem, ut concedunt omnes Moralistæ. Ergo extra statum gratiæ, qui non intrat nisi data absolutione confesso, & attrito. Sic Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 9. per totum; ubi num. 240. respondet locis Sacræ Scripturæ supra allegatis in secundo fundamento, dicens: ea esse intelligenda de peccatis ad satisfaciendum; quia cum agatur de tollenda pena temporali, licet facta in peccato, habent vim satisfaciendi. Idem mordicus defendit Maltrius d. tom. 4. disp. 5. de Sacram. Pœnit. art. 3. Ultimo, quia existens in peccato, faciens opera pœnitentiæ, & ea offerens pro animabus Purgatorii satisfaciunt pro illis. S. Thom. part. 3. quæst. 89. art. 3. in corp. Navarrus in 1. cap. Droina. §. Sic ut ergo num. 5. de Pœnitent. dist. 4. Nostre Decisiones de Eucharistia Decis. 58. num. 13. Igitur etiam satisfaciunt pro seipso.

7 Tertia opinio est media inter duas præcedentes, & docet, valere quidem actus satisfactorios factos in mortali, sed eorum effectum in suspensio remanere, donec tollatur obex peccati; & ratio est manifesta, quia cum satisfaciens pro pena temporali, esse peccatis dimissis debita, sit obnoxius pœnitentiæ æternæ ob novum peccatum mortale commissum, non potest frui beneficio illius satisfactoris, nisi liberetur à peccato æternæ, per novam consecutionem gratiæ; nam si moriatur in mortali, damnabitur pœnitentiæ æternæ, & frustra satisfecerit pro pœnitentiæ temporalibus: at si revertatur ad gratiam, locum habebunt præcedentes satisfactiões in mortali peccato factæ. Ita Volpi Resol. 153. ubi alii, inter quos Reginaldus lib. 7. num. 84. sed hi loquuntur de satisfactiōe injuncta à Confessario, ut expressè loquitur Reginald. ibid. num. 8. & Bonacina tom. 1. disp. 5. quæst. 3. par. 4. n. 15. à quibus conceditur revivificatiō satisfactoris, ablato peccato, non ex virtute ejusdem operis satisfactorii sponte facti, sed ex opere operato, & virtute Sacramenti Pœnitentiæ, in quo dicta satisfactio fuit imposita. Opinio Scotistarum est magis pia, & confortans homines licet peccatores ad non deserenda jejunia, elemosynas, & alia opera satisfactoria pro pœnitentiæ culpa ante dimissurum, sperantes suas satisfactiões valere ad tollendas penas temporales, etsi reinciderint in nova peccata.

8 Tertium dubium est: An homo possit satisfacere pro peccatis nondum dimissis? Proponitur, & examinatur hoc dubium ab Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 10. in quo advertit, nullum reperisse Authorem, qui formaliter hanc dubitationem determinet; sed consulerit plures Theologos viros doctissimos, quibus omnibus visum est non posse hominem ab aliqua parte, vel à tota pena temporali solvenda liberari, antequam culpa dimittatur, sive à Deo in contritione, sive à Sacerdote in Sacramento Pœnitentiæ, adeo ut solum culpa dimissa posse hominem satisfacere pro pena, & non è contra; & hinc opinioni, ob suam singularem modestiam, testatur prædicta Eminentiæ, se libenter acquiescere; quamvis habeat urgentes rationes, quæ suadent posse hominem per afflictiones, & pœnitentiæ voluntariè assumptas, vel patienter toleratas satisfacere vel in totum, vel in parte pro pœnitentiæ culpa mortali nondum dimissurum. Nam

9 Primò peccator ex auxilio divinæ gratiæ potest exercere opera, quibus se disponat de congruo ad gratiam sanctificantem, & ad remissionem culpæ.

Ergo potest etiam de congruo obtinere remissionem alicujus pœnitentiæ. Exemplum est in Nabuchodonosore Rege, cui Daniel ait: peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericordiam pauperum. Dan. 4. 25. quæ verba si referantur ad remissionem, diminutionemve pœnitentiæ imminuentim eidem Regi, probant intentum; si autem ad remissionem culpæ de congruo, idem probant; quia non est major ratio de remissionem pœnitentiæ temporalis, quam de culpa. Secundo: Glossa super illud Job. 31. 4. ipse consideravi vias meas, dicit: Nulla bona, vel mala sunt sine retributione. Ergo opera pœnitentiæ, quæ facit peccator, possunt saltem de congruo impetrare aliquam diminutionem pœnitentiæ. Tertiò: Si pœnitens ante confessionem multa opera pœnitentiæ exercuerit, jejunia, disciplinas, cilicia, & c. cum sola attritione, confessionem intuitum talium pœnitentiæ minorum imponeret satisfaciendum, quam si tales pœnitentiæ non assumplisset. Ergo congruum est; pœnitentiæ præcedentes fuisse compensativas pœnitentiæ injungendæ. Quartiò: Si supponamus duos peccatores æquæ quali culpa fornicationis, quorum unus exerceat multa bona opera pœnitentiæ; alter nullum ex his bonum opus faciat, si ambo moriantur statim post Confessionem, justum non est, ut tantam pœnitentiæ sustineat in Purgatorio primus, ac secundus; docente Apostolo ad Hebr. 6. 10. Non enim inustus est Deus, ut obliviscatur laboris vestri. Ergo dicendum, etiam non dimissa culpa, posse obtineri dimissionem alicujus partis pœnitentiæ. Quintò: Si quis labori febri, & habeat ulcus in crure, potest sanari ab ulcere, quamvis duret febris, adeo ut cum recesserit febris statim possit uti cure illo. Ergo idem dicendum de dimissione pœnitentiæ temporalis durante culpa, quæ postea dimissa frui possit beneficio remissæ pœnitentiæ. Sexto: Existens in mortali potest per auxilia divinæ gratiæ exercere aliqua opera supernaturalia, & de congruo meritoria; ut concedunt Theologi: Suarez in 3. par. tom. 4. disp. 17. scd. 2. num. 9. Ergo potest etiam facere opera Pœnitentiæ, quibus impetret, ut minor pœnitentiæ sibi taxetur, cum culpa erit dimittenda. Hac, & alia argumenta extendit Eminentiæ. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 10. pro fundamento suæ opinionis; quamvis multa sint in contrarium, & præcipuè, quòd omnia opera bona existentis in peccato sunt mortua coram Deo; & quòd Ocio sunt Deo impij, & impietatis ejus. Sap. 14. & Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus. Psal. 14. & 1. Cor. 13. 3. Si distribuero in cibos pauperum facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. At respondet Eminentiæ. Auth. prædicta intelligi esse mortua, & nihil valere ad meritum de condigno; secus autem de congruo tum ad illuminationes, & auxilia gratiæ recipienda, tum ad impetrandam aliquam diminutionem pœnitentiæ, & ad valorem satisfactoris pœnitentiæ. Ad idem ergo hinc opinioni Eminentiæ. Card. de Lauræa autoritatem reperit in Brevi Apotolico Alexandri Pape VII. diei 29. Maji Anni 1658. registrato per Carolum Cartarium in libello la Rosa d' oro pag. 157. In eo enim Summus Pontifex concecit Annos 15. Indulgentiæ his, qui interfuerint solemnibus Sacrificiis, in quo consignanda erat Rosa Aurea à beatedis Capitulo Senarum, si sua peccata fuerint confessi; vel (notetur) si habuerint propositum illa confitendi temporibus ab Ecclesiis statuis. Considero, quòd solum propositum confitendi non potest restituere peccatores in gratiam Dei. Et nihilominus hi per solum propositum confitendi peccata sua consequuntur Indulgentiam, idest remissionem annorum 15. pœnitentiæ. Ergo datur satisfactio etiam pro peccatis nondum dimissis.

DECISIO IX. ARGUMENTUM.

Differitur de virtute Orationis in satisfaciendo pœnitentiæ debitis pro peccatis, eaque pluribus exemplis comprobatur. Inter cæteras orationes magnæ efficacite sunt Psalmi Pœnitentiales, Graduales, Officium Defunctorum, Officium parvum B. MARIÆ Virginis, ejus Rosarium, & Corona; de quibus omnibus, & singulis eruditiones plurimæ, ac Indulgentiæ referuntur; nec non de recitantiibus trinam Salutationem Anglicam ac pulsum Campanæ in Aurora, Meridie, ac Vespere.

SUMMARIUM.

- 1 Orationis efficacite ad satisfaciendum pro peccatis. Exempla.
- 2 Psalmi Pœnitentiales, & Graduales satisfactorij, ac Officium Defunctorum.
- 3 Psalmorum Pœnitentium circa recitationem in Officio eruditiones plurimæ.
- 4 Gradualium Psalmorum observationes.
- 5 Defunctorum Officii quis Auditor? Quando recitandum in Choro?
- 6 Defunctorum Officium, qui non recitat die 2. Novemb. peccat mortaliter.
- 7 Officij parvi B. M. Virginis quis Auditor?
- 8 Indulgentie in recitatione Psalmorum Pœnit. Gradual. Officij Defunctorum, ac B. M. V. possunt Defunctis applicari.
- 9 Rosarium Deparæ satisfactorium.
- 10 Litanias 55. Nominis JESU, ac Deparæ recitantiibus; nec non eorum nomina pronunciantibus, Indulgentie.
- 11 Recitantiibus Angelus Domini &c. ter ad pulsum Campanæ quanta Indulgentia sit concessa?
- 12 Coronam Deparæ, ac Redemptoris recitantiibus Indulgentia.

REvertens ad hominem justificationem per contritionem, vel actualem Sacramenti Pœnitentiæ susceptionem, qui pœnitentiæ pro suis culpis dimissis satagit satisfacere, hæc satisfactio impendi potest non solum per jejunia, cilicia, & disciplinas de quibus supra egimus; sed etiam, ut Decis. IV. numer. 7. notavimus, per orationem, & elemosynam; quorum appellationem veniunt tum omnia opera Misericordiæ corporalis, ac spiritalis; tum quarumcumque aliarum virtutum, Theologalium, ac Moralium; ut expressè habetur in Concilio Tridentino sess. 14. de Sacrament. Pœnit. Can. 23. ibi: Ut jejuniis, orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus.

Et quod attinet ad orationem, plura reperiantur exempla in Vita Sanctorum de remissionem pœnitentiæ obtenta virtute orationis, quorum aliqua sunt hic breviter referenda. Primum sit illud, quod legitur in Vita Cardinalis de Areto lib. 2. capit. 18. pag. 218. de quodam Nobili Veneto, qui dederat non paucos nummos aureos, vulgo Cecchini R. P. D. Joanni Paulo Montorsono Præposito Clericorum Regularium Theatinorum, in Ecclesiâ Tolentino dicta Venetiis, ut Anniverfarij pro Defunctis celebrare faceret. At quia benefactori illi restitit nimis visa fuit pompa apparatus, Præpositus antedictus scripsit in brevi chartula orationem pro Defunctis, Deus vobis largitur &c. eamque posuit in una parte statæræ, in alia verò parte injecit omnes illos Cecchinos, qui minus reperti sunt pondus habere, quam chartula prædicta. 2. In Vita S. Malachie Episcopi Hibernicis narrat Joann. De Sacramento Pœnitentiæ.

nis Petrus Massæjus Societ. Jesu pag. 12. Sororem defunctam prædicti Sancti apparuisse eidem, nigro amictu vestitam; ex quo intellexit, eam in pœnitentiæ Purgatorii reperiri. Cæpit pro ipsa ferventer orare, & paulò post liberatam à pœnitentiæ vidit eam ascendere ad Cælum. Idem narrat Episcopus Osmen. in libello Lume d' vivi num. 89. pag. 102. 3. Confert, quod de anima Paschalis Diaconi Cardinalis scribit S. Gregorius Papa Dialog. lib. 4. cap. 40. quam post mortem in visibili forma S. Germanus Episcopus Capuanus reperit purgantem in Angulanis Thermis; nam ab eo interrogata, quid illic ageret? respondit: Pro nulla alia causa in hoc pœnitentiæ loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii (Antipapæ) contra Simmachum (verum Pontificem) sensi. Sed quæso te, pro me Dominum deprecare: atque in hoc cognosces, quòd exauditus sis, si hæc rediens me non invenieris. Quæ de re vir Domini Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed jam dictum Paschabium in loco eodem minime invenit. 4. Jacobus Pater Sanctæ Catherine Benensis orationibus ejusdem filii suæ meruit absolvi ab omnibus pœnitentiæ Purgatorii in puncto sui obitus, & felix ad Cælum volare. Surtius die 29. April. in Vita d. Sanctæ. 5. Gundesindum Episcopum Compostellanum in Officio Pastoralis fatidit, post mortem in pœnitentiæ Purgatorii languentem orationes matris ejus ad altare S. Jacobi Apostoli feliciter liberarunt. Joann. Vasquez in Chron. Anno 920. Quòd si orationes satisfaciunt pœnitentiæ aliorum, eò magis exsolvunt illas orantis pro seipso. 6. Guilielmus ille à Corvo, seu à Cornu (quem retuli in Decis. de Eucharistia Decis. 25. num. 6.) cujus anima Purgatorium patiebatur in proprio cubili, ex Odorico Rainald. in Annalib. Anno 1324. num. 54. & ex Sybilla in Speculo Peregrinar. Quæst. Decad. prima cap. 4. q. 2. interrogatus, Quæ suffragia mortuis melius opem ferant? dixit, Missæ, & Psalmi Pœnitentiales: Et paulò post requiritur, Quantum in Purgatorio hospitij sui stare deberet? Respondit, altissima voce clamans: rogare pro me Orationibus, Missis, & Psalmis Pœnitentialibus igitur ad seipsum Psaltes, & tunc liberabor. Rectè igitur nominavit inter alias orationes Psalmos Pœnitentiales, quibus addendi sunt Psalmi Graduales, ac Officium Defunctorum, his enim precibus potissimum solvitur pœnitentiæ peccatis debita; & eis ab antiquo tempore utitur Ecclesiæ etiam in horis Canonicis.

Siquidem Psalmi Pœnitentiales, qui erant in usu tempore S. Augustini, antiquitus dicebantur semper post Primam in Officio trium Lectiōnum cum Litanis, precibus, & orationibus sequentibus extra tempus Paschale. Biffus in Hierurgia Litt. Psalm. num. 253. Sub Innocentio autem Tertio statutum fuit, ut dicerentur tantum in Quadragesima omnibus diebus. Guyer de Fest. propr. lib. 4. cap. 20. quæst. 1. Nunc autem ex Bulla Sancti Pii Quinti initio Breviarj postea, & ex Rubrica Missalis, dicuntur solummodo in Quadragesima feria VI. quando sit officium de Feria; quia feria sexta Adam peccando mortem intulit Mundo, & Christus moriendo mortem vitæ. Gavantus tom. 2. scd. 9. c. 4. n. 7. & recitantur post Mauringum, & Laudes diei, statim dicto Benedicamus Domino, nisi esset confuetudo inveterata eos recitandi expleto Completorio Feriæ VI. antecedentis; quam posse servari declaravit S. Congr. 2. Augusti 1603. teste Gavanto ubi supra n. 6. Sunt autem recitandi flexis genibus alternatim à Choro unà cum Litanis dicta sexta feria Quadragesimæ sub præcepto; at extra Chorum ex devotione.

Psalmi Graduales (sic dicti, quia recitabantur ab ascendentibus pro quindecim gradibus in Templum Saronomnis: Durand. in Ration. Div. Off. lib. 5. cap. 2. num. 39. Magrius in Hierolox. Verb. Psalm. qui plura digna scitu de Psalmis refert, ) licet olim

frequentibus dicerentur in Choro, nunc ex eadem Bulla Plana eorum recitatio restricta est ad ferias Quadragesimæ, non impedit officio novem Lectionum; et ante Matutinum diei, ac Bæte Mariæ Virginis, nisi esset usus illos recitandi feria Tertia post Completorium. Bifus d. Litt. Psalm. num. 252. §. 4. Extra Chorum autem ex devotione pro libito dicuntur, & in primis quinque Psalmis omittitur Gloria Patri, quia applicantur pro animabus Purgatorii cum unico Requiem æternam, ad significandum nos desiderare Defunctis unicam, & æternam Requiem. Gavant. d. h. tom. 2. sect. 9. cap. 3. num. 6.

Officium Defunctorum, cujus Auctorem alii faciunt Origenem, alii Amalarium Fortunatum, & alii Divum Ambrosium, ut notat idem Magister V. Officium Defunctorum, Et Bifus in Hæretica eod. Verbo, ubi asserit ex S. Antonino, Responsoria eius fuisse composita à Mauritio Episcopo Parisiensi, qui obiit Anno 1196. Usus officii huius officii est antiquissimus; ac quod ad ejus recitationem in Choro, nunc ex Rubrica Breviarum recitandum est semel in mense, prima die non impedit officio novem lectionum; quod si hæc dies non impedita sit tantum ultima mensis, in ea est recitandum; est prima dies sequentis Mensis sit & ipsa libera, & in ea replicari debeat. Gavant. tom. 2. sect. 9. cap. 2. num. 11. Bifus ubi supra §. 4. At in Adventu, & in Quadragesima non est recitandum prima die Mensis non impedita, quia hæc temporibus recitatur singulis secundis feriis non impeditis, immo si omnes secundæ ferie essent impeditæ officio novem lectionum; veniret autem prima dies Mensis non impedita, non est recitandum. Gavantus ibid. numer. 12. & Bifus §. 5. nisi ex pietatis affectu. Quod si Vigilia Nativitatis Domini veniat in feria secunda, estis Castaldus doceat, esse recitandum Officium Defunctorum, negant Gavantus d. h. loc. num. 14. & Bifus cum aliis §. 6. quia officium illius Vigiliæ habet rationem duplicis. Locus huius officii est quod ad Vesperas, statim dicto Benedicamus Domino in Vesperis antecedentis diei; & quod ad Nocturnum, & laudes, statim post laudes officii diei, nisi esset consuetudo illud recitandi statim post Completorium pro die sequenti, quam licitam esse teneat Gavant. Guyet, Bauldry, & alii apud Bifum, ubi ante §. 7. subdens, quod aliquando dicitur cum Invitorio, & tribus nocturnis, nempe in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum; & in die depositionis Defuncti, at in die tertio, septimo, ac trigésimo, solum nocturnum unum absque Invitorio venit dicendum ex vi Rubricæ; præter etiam absque oratione Dominica sive ante, sive post ipsum ex Rituali Romano. Quod si ex aliqua iusta causa laudes essent separandæ, seu omittendæ à nocturnis, post ultimum essent dicendæ preces cum oratione congrua prout in die omnium Defunctorum. Cumque officium Defunctorum recitatur pro uno tantum, in precibus ante orationem non est loquendum in plurali, sed in singulari numero, nempe: *A porta inferi, erue Domine animam ejus. Requiescat in pace. Amen.* Post orationem verò semper *Requiescat in pace* dicendum venit, quia illum verum Ecclesia extendit ad omnes fideles Defunctos. Ita ex Gavanto, Bifus d. Verb. Offic. Defuncti. §. 13. Supradicti Psalmi Pœnitentiales, Graduales, ac Officium Defunctorum non sunt recitandi extra Chorum de Præcepto, ut ex Bulla S. Pii Quinti, qui illos recitantes ex devotione concedit dies quinquaginta Indulgentiæ, & pro recitatione Officii Defunctorum dies centum, excepta die secunda Novembris, in qua hoc est recitandum de Præcepto, unâ cum officio de octava Omnium Sanctorum, & qui illud omitteret, peccaret mortaliter. Castrupal. part. 2.

traff. 7. disp. 2. pun. 2. aum. 13. Gobat traff. 5. Theolog. Experim. num. 614.

His publicis orationibus, Psalmis, ac officiis ab Ecclesia, præter Horas Cænonicas, approbatis, addendum est Officium parvum Beatissimæ Mariæ Virginis, quod compositum fuit non à S. Petro Damiano Cardinali, ut opinatur Eminentiss. Cardin. Baronius anno 1056. num. 4. sed ab inognito Auctore ab hinc mille propè annis, nam à tanto tempore in Sacro Monasterio Cassinensi simul cum Divino officio recitabatur in Choro ex præcepto Gregorii III. & Zachariæ Summorum Pontificum, ut demonstrat Bifus Verb. Officium parvum B. M. V. num. 36. Et nunc de præcepto est recitandum in Choro, quotiescumque non fit de festo novem lectionum; nisi aliter esset in usu inveterato. Guyet de prop. sect. lib. 4. cap. 19. quest. 4. Bifus ubi supra d. num. 36. §. 2. 3. & 4. At extra Chorum nulli datur præceptum illud recitandi, excepta Pensionariis; recitantes autem ipsum ex devotione S. Pii V. relaxat centum dies de iuncta ipsi Pœnitentia toties quoties, ut in Bulla Breviarum; & disse- rit Bifus ibid. à §. 6. & seq. explicans, quomodo jungatur in Choro horis Cænonicis, & quomodo fiat mutatio in tribus diversis temporibus Adventus, Purificationis, & per Annum.

Igitur qui cupiunt satisfacere reatibus suarum culparum in hac vita per Orationes, ultra alias plurimas vocales, ac mentales solliciti esse debent in recitandis Psalmis Pœnitentialibus, Gradualibus, & Officiis tum Defunctorum, tum Sacratissimæ Deiparæ; attentis præcipue Indulgentiis, quæ lucrantur toties quoties in eorum recitatione, ut dictum est. 8. Tanto magis quia probabile est, easdem Indulgentias posse per recitandum cedi, offerri, ac renunciari animabus Purgatorii, juxta opinionem Gobati in Quinario traff. 4. à num. 466. & seq. est detrectet Diana part. 10. traff. 16. resol. 12. Quæ in opere Coordinato est tom. 4. traff. 5. resol. 37. Legitur in vita Beate Elizabeth Ungaræ apud Hieronymum à Baslica Petri in Ephemerid. Sacris die 6. Maji num. 9. ostensam fuisse visionem plurium Monialium, recitantium Officium parvum Beate Mariæ Virginis, à quarum labiis tot Margaritæ decidebant in Vasa, quæ verba eisdem officii proferebant. Magnus est valor margaritarum ad dissolvenda debita, & plurimi valet prædicti officii recitatio ad satisfaciendum pro penis. In apparitionibus Animarum Purgatorii Matri Franciscæ à Sanctis. Sacramento Carmelitæ Discalceatæ, de quibus in libello *Lume a' vivi dall' esempio de' morti*, legitur, ab iisdem frequentissime expostulari suffragia Orationis, & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Ergo etiam à vivis pro ipsis viventibus.

His jungere cogor, quanti expedit ad satisfaciendum pro penis culparum recitare frequenter Psalterium, seu Rosarium Deiparæ, à S. Dominico institutum, consistens in centum quinquaginta Salutationibus Angelicis, & quinquem Pater noster; vel saltem tertiam partem ejusdem Rosarii, siquidem Sixtus IV. Constit. 18. Anno 1479. 9. Maji concessit omnibus recitantibus eandem tertiam partem Rosarii annos quinque, & totidem quadragenas Indulgentias, toties quoties. Et Clemens VII. Constit. 40. Anno 1534. 8. Maji, iisdem, ut supra, recitantibus addidit alios duos annos Indulgentiæ, præter supradictos. Quod si ipsi recitantes Rosarium sint adscripti Constaternitati ejusdem, longè plures Indulgentias toties quoties consequuntur ex Constit. 46. Leonis X. ex Constit. 86. S. Pii V. & ex Constit. 21. Sixti V. de quibus Constitutionibus dissevit Lezana in Summa tom. 2. cap. 15. à n. 51. & seq. & ante illum Navarrus tom. 3. Opusc. Miscell.

Miscell. 19. de Psalterio; ac post illum Gobat in Quinario traff. 4. cap. 15. nec non cap. 31. ubi num. 603. refert aliam Bullam Sixti V. in qua conceditur Indulgentia viginquaginta dierum nominantibus reverenter nomē JESU, vel nomen MARIÆ; toties quoties, ac Plenaria postea Indulgentia in mortis articulo. Nec non Indulgentia trecentum dierum recitantis Litanias Sanctis. Nominis JESU; ac bis centum, Litanias Sanctissimæ Virginis, toties quoties; unde subdit idem Gobat d. traff. 4. cap. 31. num. 603. in fin. de prima Indulgentia Sixtina hæc verba: *Hujus Indulgentiæ vellem memorem esse meum Lectorem, singulariter dum ex more Virginem Matrem salutem ad pulsum consuevit; aut ejus Coronam recitat, vel penam Canonicum persolvit, Missamque celebrat. Cum enim tam crebro in hisce quaternis actionibus religiosissimis occurrat illa duo Sacratissima nomina; occurrit quoque tunc sepius occasio delendæ tantas penas Purgatorii, quantæ expiarentur, si perageretur ardua Pœnitentia dierum viginquaginta. Neque lateat Lectorem, pro recitantis ter Ave Maria cum tribus illis Antiphonis Angelus Domini etc. Ecco Ancilla Domini etc. Et Verbum caro etc. ad tria signa Campanæ post Solis occasum, concessam esse Indulgentiam plenariam ab Adriano Sexto, & à Paulo Tertio. Lezana in Summa tom. 3. Verb. Indulgentia quo ad Regulares num. 20. Fagnanus in cap. Custos Ecclesie num. 4. de Officio Custodis tom. 2. subdens, alias Indulgentias esse elargitas recitantis eandem Angelicam Salutationem in crepusculo diei; ac cæteris magis piæ, ac plenè Gobat d. traff. 4. cap. 30. per totum, ubi de hac re Theologorum attestations cumulatur. Neque omittendæ Indulgentia in recitatione Coronæ Deiparæ, & Coronæ Domini Nostri JESU CHRISTI, consistentis primæ in 70. Ave Maria, cum septem Patre; secundæ in 33. Pater noster, & quinque Ave Maria; prout in libello, quem dispensant Patres Eremitæ Camaldulenses, vulgò di. Raa, à quibus hæc devotio Coronæ originem habuit, & fomentum recipit. De Corona Deiparæ plura, eaque utilissima exempla, ac eruditiones congerunt Mattheus in Sylva Hist. part. 1. lib. 4. tit. 7. P. Alexius Segala Capucinus tom. 1. de Arte Mirabili honorandi Virginis, ac Matrem Dei MARIAM cap. 16. & seq. & Comes Marcus Antonius Martinengus olim Canonicus Patavinus, deinde Episcopus Turcellan. in suo opere, *Tramontana alla servitù della Santissima Vergine* cap. 53. & ult. typis edito Anno 1629. Reverendissimo Capitulo, ac Canonicis Cathedralis Paduæ dedicato.*

## DECISIO X.

## ARGUMENTUM.

Ostenditur quanta sit vis Eleemosynæ in delendis penis debitis pro peccatis. Docetur, quid, & quotuplex sit Eleemosyna. Quando sit de præcepto in personis Laicis, & Ecclesiasticis. Disputatur celebris illa Questio, Utrum beneficiarii non expendentes fructus superfluos suorum beneficiorum in usus pios peccet mortaliter, & teneantur ad restitutionem; nec non eorum hæredes.

## SUMMARIUM.

1. Quid, & Quotuplex sit Eleemosyna?
2. Eleemosyna quando sit de Præcepto in personis Laicis?
3. Divites non tenentur Eleemosynam facere de superfluis in communi necessitate pauperum nisi ex consilio: at in gravi, & in extrema, de Præcepto.

4. Eleemosyna divitibus profusa.
5. Ecclesiastici an teneantur ad Eleemosynam sub præcepto.
6. Beneficiorum fructus superflui dandi sunt pauperibus de præcepto. Rationes, Jura, Concilia.
7. Prædica quo padio reliqua Ecclesie per fideles.
8. Bona Ecclesiastica sunt Patrimonium Jesu Christi.
9. Beneficarii solam sui sustentationem habere possunt.
10. SS. Patrum auctoritas de superfluis beneficiorum non retinendis. Item Theologorum, ac Canonistarum, & Jurisperitorum num. 11.
12. Clerici olim vivebant omnes in Communi.
13. Beneficia, ac Præbende quando instituta.
14. Beneficarii non sunt domini, sed dispensatores fructuum.
15. Beneficarii de quibus non teneantur facere eleemosynam?
16. Beneficarii non dantes eleemosynam de superfluis, an teneantur ad restitutionem? Item an eorum hæredes?
17. Beneficarii qua forma sint domini fructuum Præbendarum?
18. Prælatorum omissiones circa officium suum.
19. Testari de Jure an beneficiarii possint?
20. Alex. Sperelius Episcopus Bugubinus laudatus.
21. Exempla beneficiorum damnatorum.
22. Hæredes beneficiorum an licitè tentant hereditatem?
23. Eleemosyna superat omnes alios adus satisfactorios.
24. Exempla circa vim Eleemosynæ pro delendis penis.
25. B. Idea Eleemosynis liberat Paruum suum à Purgatorio.

Præter orationes satisfacit homo Christianus penis, quibus est addictus pro culpis dimissis, mediante Eleemosyna; sic enim testatus est Angelus Raphael ad Tobiam cap. 12. Vers. 9. dicens: *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata*; quapropter de virtute Eleemosynæ est breviter differendum, circa quam sex demonstranda, & explicanda occurrunt.

Primum: Quid, & Quotuplex sit Eleemosyna?

Secundò: Quando sit de Præcepto in personis Laicis?

Tertiò: Quando sit de Præcepto in Personis Ecclesiasticis?

Quartò: Utrum beneficiarii non expendentes in usus pios fructus superfluos suorum beneficiorum, ultra peccatum mortale, teneantur ad restitutionem?

Quintò: An etiam eorum hæredes?

Sextò: Quanta sit vis Eleemosynæ in delendis penis debitis pro peccatis?

Quo ad Primum, Eleemosyna est verbum græcum derivans à verbo *ελεω*, quod latine sonat *Miserere*, seu *Misereremini* exercere; omnis enim, qui dat Eleemosynam, miseretur, Utrum beneficiarii facit in eum, cui illam porrigit; idè in Missa dicentes *Kyrie eleison*, petimus à Deo misericordiam. Definuit autem Eleemosyna, ut sit *opus, quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum*. Tria enim concurrere debent ad virtutem Eleemosynæ; Unum, quod datur indigenti; quia qui dat diviti, vel non indigenti, non dicitur Eleemosynam facere, sed donare. Alterum, quod det ex compassione; qui enim dat ob ministerium, vel laborem in aliqua functione, dicitur dare mercedem, non Eleemosynam; & sic stipēs, quæ datur celebranti, vel prædicanti, aut aliam functionem spirituales exercenti, non dicitur Eleemosyna verè, & propriè, sed tantum lato modo; verè enim est stipendium,

dum, seu merces pro labore. Reginald. in Praxi lib. 4. num. 240. Tertium, propter Deum; quia haec virtus reducitur ad Charitatem, ut probat Emin. Card. de Lauræa in 3. Sent. tom. 4. disp. 13. de Misericordia, Eleemosyna, etc. num. 9. & seq. idem qui dat ob vanam gloriam, non dicitur dare Eleemosynam; quæ propter hoc vocatur etiam *Charitas*, quia procedere debet ex charitate Emin. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 9. num. 55. & disp. 13. à num. 47. & seq. aliâ non est meritoria, iuxta illud Apostoli 1. Cor. 13. *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Duplex est Eleemosyna, alia corporalis, alia spiritualis. Prima respicit septem opera misericordiae, quæ ad auxilium corporum spectant, contenta hoc versu: *Vista, poto, cibo, redimo, sego, colligo, conuio.* Secunda exercetur in auxiliis bonum animæ proximorum concernentibus, hoc patet carmine restricta: *Consule, castiga, solue, remitte, ser, ora,* & declarantur à Reginaldo d. lib. 4. num. 241. & sunt illa, quæ habentur in libello doctrinæ Christianæ; & complectuntur omnes miseria humanas tum ad corpus, tum ad animam pertinentes, ut ex Eminentijs. Card. Bellarmino De bonis operibus lib. 3. cap. 2. ostendit ibid. Reginaldus num. 242. subdens num. 243. dari posse etiam alia opera misericordiae, & eleemosynæ præter supradicta, veluti dirigere cæcum, sustentare claudum, protegere viduam, & pupillum, ac dare dotem virginibus pauperibus, de quibus memorat S. Job cap. 29.

Quo ad secundum, Dubitare non possumus, Eleemosynam esse faciendam de Præcepto; quia, ut argumentatur Eminentijs. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 13. art. 4. num. 62. quorum transgressio inducit pœnam, eorum insinatio inducit præceptum. Sed eleemosynæ omisso inducit pœnam, iuxta illud, quod dicitur esse Saluator in extremo iudicio, scilicet: *Ita maledicti in ignem æternum; esuriivi enim, & non dedistis mihi manducare etc. Matth. 25. 42. & paulo post Vers. 45. Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Ergo eleemosynam facere est de præcepto. Præter quamquod, si debemus diligere proximum sicut nos ipsos ex præcepto divino Luc. 10. 27. Et de præcepto naturali, quod nobis fieri velimus, teneamur illis facere, nobisque indigentibus cupiamus ab habentibus auxilium dari, utique negare non possumus, eleemosynam esse de præcepto, ut latius differat, ac probat idem Eminentijs. Card. de Lauræa d. tom. 4. in 3. Sent. disp. 13. art. 4. à num. 62. & seq. ubi plures auctoritates Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum cumulat de eleemosyna faciendâ. Porro difficillimum est demonstrare, quando urgeat hoc præceptum; tanta sunt enim, & talia, quæ à Scholasticis, & à Moralisticis dicuntur circa tempus dandi eleemosynam à Laicis; ut nimia confusio in animis legentium, ac timor in cordibus audientium de æterna damnatione divitum generetur; si vera sunt, quæ scribuntur à supradictis, scilicet esse obligatos divites dare eleemosynam ex præcepto non solum in extrema, ac gravi necessitate proximorum, sed etiam ex superfluis in communi necessitate pauperum, ut videre est apud Valentium tom. 2. disp. 3. quest. 9. punct. 4. §. 2. Reginaldum d. lib. 4. sect. 4. per totam à num. 256. & seq. Cotonium in Summa Diæc. à num. 11. Bonacinum tom. 2. Circa primum Decalogi Præceptum disp. 3. quest. 4. punct. 6. per totum. Et novissimè apud Joannem de Gardenas in Crisi Theologica disp. 20. cap. 2. art. 1. & seq.

In hac re absque hæsitacione mihi videtur amplectenda opinio Eminentijs. Cardin. de Lauræa non nimis pietate, quàm studio excimii, qui d. disp. 13. art. 4. ex Divo Thoma 1. 2. quest. 32. art. 5. & ex Scoto in 3. Sent. dist. 30. q. Unic. firmat in communibus necessitatibus pauperum divites non teneri ad dandam eleemosynam ex superfluis, nisi ex consilio: at in extrema, vel gravi proximorum necessitate, quando scilicet agitur vel de periculo vite corporalis, vel de amissione status honesti eorumdem proximorum; eleemosynam ex superfluis esse à divitibus faciendam de Præcepto. Probat Eminentijs sua hanc opinionem, quo ad primam partem, quia si divites tenerentur dare eleemosynam de superfluis in communi necessitate pauperum; 1. magna esset confusio in mente hominum, quærendo cui nam potius, aut cui prius deberent succurrere, & non possent. 2. Ecclesia toleraret maximum errorem, nam Confessarij non interrogant divites poenitentes, neque isti se accusant, quod eleemosynam non erogaverint omni indigenti, neque ulla lex Ecclesiastica repetitur, quæ eos obliget, extra extremam, vel gravem necessitatem. 3. Multa furta impune possent fieri ab egenis est non graviter indigentibus; qui bona divitum possent furripere. 4. Quia nullus divites possit habere apud se pecuniam, vel res pretiosas, ultra necessitatem sui status; & sic omnes divites essent in statu peccati mortalis, & æternæ damnationis. 5. Nihil possent amicis suis donare; vel suppellectilia superflua tenere. 6. Neque possent fabricare Ecclesias, vel sicut res pretiosas donare, quibus non indigerent. 7. Adeo vita divitum Christianorum esset infelicissima; tenerent enim iugiter metiri summam suarum facultatum, & pauperum necessitates, cum magna perplexitate, & confusione mentis; quapropter ad hoc abstrusa evitanda absque formidine tenendum; divites obligatos esse dare eleemosynam ex præcepto in gravi, & in extrema necessitate proximorum; at in communibus necessitatibus ex consilio tantum. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 4. *Maffius in Theolog. Mor. disp. 10. art. 2. num. 58. ubi dat aliam regulam, in qua cessat semper Præceptum dandi eleemosynam, videlicet, quando dives illam faciendam veniret ad parem, vel majorem necessitatem; ordo enim charitatis exigat, quod in pari necessitate qui se ipsum magis diligit, quàm proximum. Et ex Moralisticis idem de divitibus, non esse obligatos de Præcepto nisi in gravi, vel extrema necessitate, docent Cotonius in suis Controversiis lib. 1. Controv. 7. num. 7. Layman lib. 2. tract. 3. cap. 6. num. 5. ac Tamburinus in Decalog. lib. 5. cap. 1. §. 1. à num. 15. & seq.*

Hæc autem ita intelligenda sunt, non ut retrahantur divites à danda eleemosyna pauperibus etiam in communi necessitate; sed ut auferantur scrupuli, & anxietates animi confessariis, ac poenitentibus; certum est enim in reliquis magnoperè expedite divitibus, ut liberales sint erga pauperes in omni tempore; tum ut se ipsos liberent à poenis debitis pro propriis culpis, ut dicemus infra ad sextum, ipsa enim Eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Thob. 4. 11. tum quia per eleemosynam multiplicat Deus divitias illam facientibus; testatur siquidem Spiritus Sanctus: *Honora Dominum qui miseretur pauperis.* Implebuntur horrea tua saturitate, & vinum torcularia tua replebuntur. Prov. 3. 9. Et certum est, quod Exeretur Dominò, qui miseretur pauperis. Prov. 19. 17. Et quod Qui dat pauperi non indigebit. Prov. 28. 27. Quod latius probat Segnerius in Quadrages. Concion. 22. num. 7. & seq. Et in suo Christiano Instructio. tom. 17. à num. 15. & seq.

Quo ad Tertium, Circa Ecclesiasticos possidentes beneficia, dicendum est, ipsos de Præcepto, & sub pœna peccati mortalis teneri facere eleemosynam de fructibus superfluis suæ honestæ sustentationi, non solum in extrema, & gravi necessitate pauperum, sed etiam in communi; adeo ut non possint illos

illos expendere in usus profanos, nec sibi retinere, aut donare parentibus: Hoc dictum est amarum beneficiariis; sed est verum, & attendendum ab illis, qui volunt salvare animam suam; sic enim docent gravissimi, ac doctissimi Doctores infra referendi Theologi Scholastici, Morales, Canonistæ, ac Jurisperiti, & sicut me ipsum forales faciunt, sic unusquisque sibi suadere debet hanc veritatem ex rationibus sequentibus.

Primo, quia agri, possessiones, ac bona, quibus ditata sunt beneficia, antiquitus fuerunt oblata Ecclesiae à fidelibus ad hunc finem, & cum hac intentione, & obligatione, ut detractis necessariis alimentis pro victu, & vestitu clericorum, necnon expensis pro mantionione Ecclesiarum, atque suppellectilibus Sacræ, superfluum dispenseretur in alimoniam pauperum. Infinita sunt hujus veritatis testimonia Sanctorum Patrum, Conciliorum, Canonum, ac Doctorem, allegata, & collecta per Emin. Card. de Lauræa d. tom. 4. in 3. Sent. disp. 13. art. 8. Et in Epitome Canonum Verb. Ecclesie redditus & bona, à quo, & c. distribuenda, pag. 273. quorum ingentem numerum reposuit Gratianus in Decreto 12. quest. 1. & quest. 2. At ex his satis sit observare Epistolam Sancti Urbani Papæ Primi, qui sedere cepit Anno GXXVI. nec non decretum Sacri Concilii Tridentini.

Sacrus Urbanus Primus Papa & Martyr, in Epistola sua, (quæ habetur in primo Tomo Conciliorum pag. mibi 247.) relate praxi Apotoloniæ dispensandi in alimoniam pauperum pretia prædiorum, quæ ad eorum pedes à fidelibus ferebantur, ita ait: *Videntes ergo Sacerdotes Suavis, & alii, atque Levidæ, & reliqui fideles, vel utilitatis posse asserere, si hereditatis & agrorum, quos vendunt, Ecclesiis, quibus prædicantur Episcopi, traderent, eò quod ex sumptibus eorum tam presentibus, quàm futuris temporibus plurima, & elegantiora possent ministrare fidelibus, communem fidem aucentibus; quàm ex pretio eorum, caperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere.* Et post pauca: *E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam decentem cuncta necessaria debent, prout melius poterint, ministrare, ut nemo in eis egens inveniat.* Ipse enim res fidelium oblationes appellatur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quàm Ecclesiasticis, & prædicatorum Christianorum fructum, vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonium pauperum, atque ad prædium opus expendendum, Domino tradite. Si quis autem (quod absit) secus egerit, videat, ne damnationem Ananias, & Saphiræ percipiat, & res sacrilegi efficiatur, sicut illi effectum sunt, qui pretia prædiorum rerum fraudaverunt. Subindè refert Historiam Ananias, & Saphiræ ex Act. Apost. cap. 4. & subdit: *Hæc fratres vultis cavenda sunt, & timenda, quia res Ecclesie non quasi proprie, sed ut communes, & Domino oblate, cum summo timore, non in altis, quàm in præfatos usus sunt fideliter expendende, ne sacrilegi reatum incurram, qui eas inobstantibus, ubi tradita sunt; ne parum, & mortem Ananias, & Saphiræ incurram, & quod pejus est, anathema manvantassiant, & si non corpore, ut Ananias, & Saphiræ, mortui ecciderint, anima tamen, que potior est corpore, non evadit, & alienata à consorcio fidelium cadat, & in profundum baratri labatur. Ecce pactum, ecce conditionem, quibus à fidelibus relicta sunt prædia, & possessiones Ecclesiis.*

Audiamus testimonium Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de Reform. cap. 1. Omnino verèis (Episcopis) interdici, ne ex redditibus Ecclesie conjugueas, familiaritè suo augere studeant, cum in Apostolorum Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, conjugueis donent. Sed si pauperes

sint, iis ut pauperibus distribuunt, eas autem non distrahant, nec dispendent illorum causa. Et paucis interjectis: *Que verò de Episcopis dicta sunt; eadem non solum in quibuscumque beneficia Ecclesiastica, tam secularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradu sui conditione observari, sed etiam ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit.*

Hæc igitur est prima ratio, ob quam beneficiarii tenentur de Præcepto expendere in usus pios, & in eleemosynas fructus superfluos suæ honestæ sustentationi, quia scilicet bona Ecclesiæ tradita fuerunt cum hac conditione, intentione, & pacto (latem implicito) à fidelibus, & iidem beneficiarii ea recipiant à Ecclesia, dum obtinent beneficium, cum obligatione ipsi fructibus Ecclesiasticis imbibita (ut loquitur verbis Eminentijs. Card. de Lugo De Just. & Jur. disp. 4. num. 16.) ut deserviant pro eorum decenti victu, & vestitu tantum, & quod reliquum est, expendant in pauperes, vel in usus pios; non autem in alendis equis, vel sumptuosius emendis quadrigis, aut pretiosis auleis comparandis; quæ quidem intentio, & obligatio habet vim taciti contractus, & acquipollet expresso. *l. Labro. l. Item quia. ff. de Pactis.* Et adeo afficit omnes beneficiarios ad adimplementum, ut aliter facientes dicantur legem naturalem justitiæ commutativæ violare. *l. 1. ff. de Pactis. cap. 1. de Probat. & per consequens mortaliter peccare.*

Secunda Ratio est, quia bona Ecclesiastica, & fructus annui ex eis provenientes verè, & proprie sunt Patrimonium Jesu Christi, quia ipsi à fidelibus fuerunt donata, & ejus nomine à Prælatibus Ecclesiarum recepta; & tamquam Patrimonium Jesu Christi custodia. *cap. 1. Romanorum. 19. dist. cap. Hæc est fides 24. qu. 1. cap. Qui Christi. 12. q. 2. cap. Cum secundum. de Præbend. & cap. Cum ex eo. de Elect. lib. 6. ac Concil. Trid. d. sess. 25. cap. 1. ibi: Ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt. Itaque si ipsi fructus beneficiorum Jesu Christi; beneficiarii autem sunt simplices gubernatores, ac dispensatores, debent illos dispensare secundum voluntatem ipsius Christi; quæ quidem fuit, & est, ut dentur non in profanos usus, sed in sustentationem pauperum; iuxta illud Luc. 11. 40. *Verumtamen quod superest date Eleemosynam.**

Tertia ratio est, quia fructus beneficiorum traduntur clericis ab Ecclesia cum hac conditione, & onere, ut quod superest decenti eorum sustentationi, dent in usus pios. Quare legitimum in cap. Si privatam. 12. question. 1. *Si privatam possessionem, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus. ubi Glossa explicat ly privatam, idest separatam, ut sunt modò præbendæ beneficiorum.* In cap. 12. q. 2. dicitur: *Qui Christi pecunias, Ecclesie auferet, fraudat, & rapit, ut homicida in conspectu Judicis deputabitur.* Et quod de omnibus beneficiis certa portio detur pauperibus inculcatur in eadem 12. q. 2. *cap. Vobis enim. cap. Concesso vobis. cap. Quatuor autem. cap. De redditibus Ecclesie. cap. Cognovimus. cap. Mori est. & cap. Sancimus.*

Quarta ratio fundatur in dictis SS. Patrum collectis per Eminentijs. Cardin. de Lauræa d. disp. 13. art. 8. à n. 177. & seq. inter quæ, verba S. Hieronymi in Ezechiel. cap. 46. *Qui dicitur est Sacerdos, quàm venit ad Sacerdotium, quicquid plus habuerit, non sibi debet dare, sed pauperibus: S. Ambrosii lib. 2. Epist. 14. Omnia, quæ mea sunt, pauperum sunt. S. Protoperi De Vita contemplat. lib. 9. Non sunt proprie, sed communes Ecclesie facultates, & idè eum quis Prepositus factus fuerit Ecclesie, omnium, quæ habet Ecclesia, si dispensator. Ac S. Bernardi super illud Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia: Qui Altario servit, de Altario vivat. Vivat, inquam, de Altario, & iuxta Apostolum, Alimenta, & quibus*

quibus tegatur habeat. Et infra: *Non extollat de facultatibus Ecclesie conſanguineos ſuos, aut nepotes, ni filias dixerim, nupti tradat. Res pauperum non pauperibus dare par ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur. Sanè patrimonio pauperum facultates Eccleſiarum, &c.* In Epistola autem XLII. ad Archiepiſcopum Senonenſem. *Clamant nudi, clamant famelici, & dicunt: dicit Epifcopi, in freno quid facit aurum? Numquid aurum a freno repellit frigus, ſive eſuriam? Nobis frigore, & fame laborantibus, quid conferunt tot mutatoria, vel extenſa in perticis, vel plicata in manicis? Noſtrum eſt, quod effunditis. Nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expenditis. Noſtris neceſſitatibus detrabitur, quod accedit vanitatis veſtris.*

Concluditur ergo, (verba ſunt ejuſdem Emin. Card. de Lauræa d. diſp. 13. art. 8. n. 184.) evidens eſſe, quod Eccleſiaſtici cuſcuſque ſtatuſ, de bonis Eccleſiæ (detractis neceſſariis ad eorum convenientem ſtatum, tenentur pauperibus, etiam communi neceſſitate laborantibus elemoſynas impertiri. Et equidem non ex ſolo conſilio, ut divites laici, ſed ex ſtricto, ac rigorofò Præcepto, ac ſub pœna peccati mortalis; ut præter S. Thomam 2. 2. q. 43. art. 8. q. 87. art. 1. 3. & 4. q. 185. art. 3. Quolibet. 6. art. 10. tenentur Alexander de Ales. Richardus, Paludanus, Gabriel, Major, Henricus de Gandavo, & alii plurimi Scholaſtici antiqui, quos cumulat Beja in Reſp. Conſcient. part. 2. Caſu 24. Verſ. Hæc Sententia, quam nos ſequimur; quibus ex modernis addo eundem Eminent. Card. de Lauræa ubi ſupra diſp. 13. art. 8. & Eminent. Cardin. de Lugo de Juſt. & Jur. diſp. 4. ſeſ. 1. & 2. Ex Canoniciſtis autem, præter Archidiaconum, Dominicum, Joan. Andream, Ancharanum, Francom, Abbatem Panormitanum, Felinum, & alios apud eundem Bejam, Navarrum de Redditibus Eccleſiaſticiſ q. 1. Monit. 24. & q. 2. Monit. 7. noviffimè Reverendiſſimum Fagnanum in cap. ſi quis ſanè a num. 2. & ſeqq. de Peculio Clericor. Pacem Jordanum Epifcopum Tragurienſem tom. 1. lib. 1. tit. 10. num. 12. Et latius lib. 2. tit. 1. n. 75. Ex Moralitiſtis autem plurimi ſunt collecti apud Dianam part. 3. traſt. 8. reſol. 21. Quæ eſt in Coordinato tom. 4. traſt. 7. reſol. 26. quibus junge Layman lib. 3. traſt. 2. cap. 4. num. 3. Comitolum in Reſp. Moralib. lib. 1. q. 70. per totam. Tamburinum in Decalog. lib. 8. cap. 2. ſ. 4. Sanchez in Conſiliis Moralib. lib. 2. cap. 2. dub. 38. Eundem Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 6. num. 13. & 14. & Cotonium lib. 1. Controv. 7. cap. 2. præter Summiſtas hoc idem docentes, videlicet S. Antonium 3. p. tit. 15. c. 1. ſ. 19. Sylveſtrum Verb. Clericus 4. num. 15. Verſ. Vigefimo, & Summ. Angelicum Verb. Clericus 13. per tot. & ibi Adde.

Obijciunt illi, quibus hæc opinio non placet; 12 Canones, rationes, diſtaque Sanctorum Patrum viguiffime antiquiſſimis temporibus, quando omnes clerici ſæculares vivebant in communi, ſicut nunc faciunt Regulares; tunc enim recipiebant tantummodo ab Epifcopis, ſeu ab Æconomis deputatis neceſſariam ſuſtentionem, & quod ſupererat de redditibus Eccleſiaſticiſ, applicabatur tum fabricæ Eccleſiæ, & mantentioni paramentorum, tum elemoſynis pauperum. Verùm quia pauci erant, qui vitam clericalem aggredi vellent, & difficile erat Epifcopis, ac Æconomis dare unicuique convenientem portionem de die in diem, pro honeſta ſuſtentione miniſtrorum Eccleſiæ, factæ fuerunt quatuor diviſiones fructuum in quocumque Epifcopatu, & Diœceſi, una quarum fuit applicata Epifcopis; ſecunda fabricæ Eccleſiæ, tertia pauperibus; quarta verò toti clerico pro ejuſ ſuſtentione; & ex hac quarta parte fuerunt erectæ Præbendæ, & inſtituta beneficia, tam Parochialia, quam ſimplicia, Canoniciatus, Clericiatus, & alia;

quapropter (ajunt) hiſce temporibus non eſt amplius præſcripta obligatio faciendi elemoſynam de ſuperfluis; nam pauperes receperunt ſuum portionem, & omnes beneficiarii cenſentur domini fructuum ſuarum Præbendarum, & de ipſis liberè diſponere poſſunt. Ita Sotus de Juſtitia, & Jure lib. 10. q. 4. art. 3. & alii quos allegat, & ſequitur Barboſa in Collecian. DD. ad cap. Quia tua. à n. 4. & ſeqq. 12. q. 1.

Porrò obiectio hæc à Doctoribus ſupra relatam Scholaſticiſ, quam Canoniciſtis frivola vocatur; ſiquidem erectio Præbendarum, & initiatio beneficiariorum facta fuit circa Annum Domini 502. ut ex Eminent. Card. Baronio ſub Anno prædicto tom. 6. Annal. num. 36. demonſtrat Paſ Jordanus d. lib. 2. tit. 1. num. 71. Et etiam poſt Annum 502. facti ſunt canones, & locuti ſunt Sancti Patres, & Concilia contra Clericos detinentes fructus beneficiariorum in præjudicium pauperum, ut videtur eſt in cap. Ratio 3. de Præbend. ex Sancto Gregorio Magno, qui vixit uſque ad Annum 604. & in multis Conciliis poſt hunc Sanctum Pontificem celebratis; & inter cætera Concilium Aquisgranenſe habitum Anno Domini 826. in quo cap. 35. fructus beneficiariorum vocantur, *Voſta hælium, præſia peccatorum, & patrimonio pauperum.* Et Tridentinum completum Anno 1563. ubi ſeſſ. 25. de Reſ. cap. 1. ait: *Reſ. Eccleſiaſtica, que Dei ſunt.* Sanctum autem Bernardus Abbas floruit Anno 1130. qui de hac obligatione frequenter in ſuis Scriptis Eccleſiaſticiſ reſarguit. Sed eſto, quod olim eſſent ordinatæ quatuor partes ex fructibus beneficiariorum, quarum una cederet in commodum pauperum; hæc una cui data eſt? cui commenda? Hospitalibus nequaquam; hæc enim ultimiſ temporibus per teſtamenta pium virorum fuit ordinata. Igitur remanſit in portionibus tum Epifcoporum, tum Abbatum, tum aliorum pinguium beneficiariorum, ut eorum poſſeſſores per tempore, detractis neceſſariis pro eorum decenti ſuſtentione, ſuperfluum diſtribuerent in pauperes, ac alia pia opera; quòd ſi integri fructus quantumcumque Præbendam Epifcopaliſ, Canonicaliſ, Parochialiſ, & aliarum fuiſſent aſſignati pleno dominio, & liberæ diſpoſitioni poſſeſſorum earumdem, ut de illiſ tantquam de Patrimonialiſibus poiſſent facere quicquid vellent; utique fuiſſent nimis indiſcreta, & inſuſta diſtributio, cum plurimi Epifcopatus habeant in redditibus annuiſ decem, viginti, triginta, ac quadraginta millia ducatorum & ultra, plureſque Canoniciatus, & Eccleſiæ Parochiales colligant annuatim octingentos, mille, ac duo millia ducatorum; ſummas ſane pecuniarum valde excedentes neceſſariam proviſionem ad ſuſtentandam beneficiariorum, quamvis nobilem, ac benemeritum

14 Igitur ſi veritatem amamus, conſiteri oportet, beneficiarios non eſſe dominos fructuum ſuarum Præbendarum; ſed Procuratores, ac diſpenſatores, ut ait Alexander Tertius in cap. 2. de Donationib. bonaque Eccleſiarum non eſſe propria Eccleſiaſticiſ, ſed noſtris etiam temporibus ea fore patrimonio Chriſti, ut loquitur Bonifaciuſ Octavius in cap. Cum ex eo 34. de Elec. in 6. ac propterea in fructibus beneficiariorum inſeſe inſeparabiliter eamdem obligationem, quam habebant ante diviſionem & erectionem Præbendarum; videlicet, ut ex eis Clerici, ac beneficiarii detraherent ſuam decentem ſuſtentionem; reliquum, verò eorumdem fructuum daretur pauperibus pro elemoſyna, vel in pios uſus expendederet, ut diſputato hoc articulo ſeruant Doctores ſupra citati, & alii apud illos, & noviffimè Præclariffimum Collegium Salmantienſe in Curſu Theologiæ Moralis tom. 3. traſt. 12. de Juſtitia, & Jure cap. 2. n. 141. ubi ita loquitur: *Dicendum eſt, beneficiarium teneri ſub peccato mortaliſ diſtribue-*

ſtribueſ inter pauperes omnia bona, que ex fructibus beneficii ſuperflua ſue congruæ ſuſtentioni, ſive Canoniciſ ſit, ſive alius beneficiarius, Epifcopus, Curiaſ, & etiam Papa: & idem ſi habeat vigenſſe millia aureorum pro redditibus annuiſ, & decem millia ſufficiant pro decenti ſui ſtatu ſuſtentione; teneatur ſub peccato mortaliſ alia decem millia, que ſuperflua ſunt, inter pauperes diſtribueſ.

Non eſt tamen inſtituendum, Theologos, & Canoniciſ ſuper nominatos concedere ſequentes limitationes prædictæ regulæ; & abſolvere beneficiarios ab obligatione faciendi elemoſynam de Præcepto in ſequentibus Caſibus. 1. In diſtributionibus quotidianis, que dantur ob intereſſentiam in choro. 2. In ſtipendiis Miſſarum, Concionum, & aliarum functionum ſpiritualium pro labore. 3. In iis, que ſibi cumulant ex parſimonia, minus expendentes, quam convenit ſtatu ſuo. 4. In fructibus, quos applicat ad compenſandas expenſas factas in aſſecutione beneficii, Prælatuſ, ſeu Epifcopatuſ, puta Bullarum, itineris, proviſionis honneſtæ familiæ, & ſimilium neceſſariorum diſpendiorum. 5. In hospitalitate amicornuſ, & conſanguineorum, à quibus Eccleſia protectionem, & defendam ſperare poteſt, dummodo non fiat exceſſus expenſarum in conviviuſ. 6. In remunerandiſ perſonis benemeritiſ in ſervitio, vel deſenſionis beneficii, in ſumma ad arbitrium boni viri; etiam ſi ſint conſanguinei ejuſdem beneficiarii. 7. In ſoven-diſ ſuis conſanguineis, ſi verè indigeant; ſed ad menſuram paupertatis eorum, non ad illos ditandos, ut pleniſ demontſtrant Eminentiſſ. Cardin. de Lugo de Juſt. & Jure d. diſp. 4. ſeſ. 3. per totam; Pax Jordanus d. tom. 1. lib. 2. tit. 1. à n. 56. & ſeqq. & Collegium Salmantienſe d. tom. 3. traſt. 12. panè. 11. ſ. 1. à n. 138. 139. & 140.

Quo ad Quartum, Major eſt difficultas, & difficultas ciliuſ quantum ſolvendum, *Utrum beneficiarii non expendentes in uſus pios fructus ſuperfluos ſuorum beneficiariorum, ultra peccatum mortaliſ, teneantur ad reſtitutionem?* Quod eſt querere, An prædicti beneficiarii cumulant redditus Eccleſiaſticiſ, vel male expendentes in uſus profanos, poſſint abſolvi, niſi reſtituant? Vel ſi eodem reddituſ relinquant ab interſtato, vel ex teſtamento conſanguineis ſuis, hi non ſunt capaces abſolutioniſ, niſi totam hæreditatem diſtribuant in pauperes, vel uſus pios?

Plures ſunt Auctores, qui negant obligationem reſtituendi tam in hiſ, quam in illiſ, ethi fateantur, eodem beneficiarios peccare mortaliter. Rationes eorum ſunt:

Primo: Quia beneficiarii faciunt fructus ſuos, & habent eorum dominium; ut conſtat ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reſ. cap. 12. ubi qui non facit profectionem Fidei, vel non reſidet perſonaliter, non facit fructus ſuos. Idem habetur in cap. 1. ſeſſ. 23. de Reſ. & in Bulla 138. S. Pii V. circa reſidentiã; & in cap. Commiſſa. De Elec. in 6. circa obligationem ſumendi Sacerdotium intra annum, ut faciat fructus ſuos. Ergo ſunt domini fructuum; & ideò ſi eos male conſumunt in rebus profaniſ, peccabant quidem mortaliter; ſed non erunt obligandi ad reſtitutionem.

Secundo: Quia ſi beneficiarii non eſſent domini reddituum Eccleſiaſticiſ, eſſent nulli omnes contractuſ, & invalidæ quævis diſpoſitiones de illiſ; & per conſequeſ teneantur Superiores Eccleſiaſticiſ illoſ & illaſ retrahere, ac reſcindere; & emolumenta illa pauperibus applicare; quod tamen non faciunt; idè dicendum, non adefe obligationem reſtitutioniſ.

Tertiò: Si hæc obligatio inefſet reſtituendi, non permitteretur beneficiariſ poſſe teſtari; & invalida eſſet conſuetudo, que in pluribuſ Regniſ ſervatur, ut ipſi vel diſponant de ſuperfluiſ redditibus beneficiariorum

per teſtamentum; vel eorum conſanguineuſ ſuccedant in illiſ ab interſtato. Hæc, & alia argumenta ex Sarmiento, Soto, Leſſio, & pluriſ aliiſ colligunt Eminentiſſ. Card. de Lugo de Juſt. & Jure d. diſp. 4. ſeſ. 1. Pax Jordanus d. lib. 2. tit. 1. num. 77. & ſeqq. Fagnanus in d. cap. ſi quis ſanè. de Peculio Clericor. & alii apud Dianam Coordinatum tom. 4. traſt. 7. reſ. 20. In veteri par. 10. traſt. 11. reſ. 35.

Porrò, licet hanc opinionem prædicti DD. vo-cent probabilèm, fatentur tamen, eam eſſe periculofam; & ideò ego dico, contrariam tamquam ſecuriorem eſſe tenendam, quam amplectuntur S. Antoniuſ, Sylveſter, Navarruſ, infinitoſ DD. cumulant de Redditibus Eccl. q. 2. Monit. 7. & Beja ſupracitatuſ, Layman d. lib. 3. traſt. 2. cap. 4. num. 3. Comituluſ d. lib. 1. q. 70. Tanneruſ tom. 3. diſp. 4. q. 6. dub. 8. num. 215. & ſeq. Aleñſ. Richarduſ, Paludanuſ, Gabriel, Petruſ Soto, Medina, & alii apud Dianam Coord. d. tom. 4. traſt. 7. reſol. 26. ſ. 1. que in veteri eſt in part. 5. traſt. 8. reſol. 31. & noviffimè Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa d. tom. 4. in 3. Sent. diſp. 13. art. 8. per totum, & Eminentiſſ. Card. Capuccinuſ in ſuis Controverſiſ Theologicis Controv. ult. ſ. 5. ubi innumeruſ DD. numerat, firmanteſ, diſtributionem reddituum Eccleſiaſticiſ in uſus profanoſ eſſe peccatum contra juſtitiam.

Ratio inconcuſſa hujuſ opinionis eſt; quia, ut ſupra dictum eſt, bona Eccleſiarum, & beneficiariorum data ſunt à ſubliſ ſum con hac conditione, ut detractiſ alimentuſ clericorum, & neceſſariuſ expenſis pro cultu divino, quod ſupererit, tranſeant in alimoniam pauperum; & teſtantur innumera Patrum, & Conciliorum loca, que late congerit Navarruſ de Redditibus Eccl. q. 2. & Vaſquez Opufcuſ. de jſſidem Redditibus. cap. 1. ſ. 3. dub. 1. in quibus dicitur, bona illa ſuperflua eſſe pauperum: atque ideò ſurtum, & ſacrilegium committi, quando in uſus profanoſ erogantur. Igitur ſi beneficiarii ſunt procuratores pauperum, & deputati ab Eccleſia diſpenſatores fructuum ſuperfluoſ; ſequitur, quòd beneficiarii, qui eoſ fideliter non diſpenſant in pauperes, aut alioſ uſus pios, peccant non ſolum contra charitatem, ſed etiam contra juſtitiam, & tenentur ad reſtitutionem, tum ipſi, tum eorum hæredes, in quos luca ex iſſdem fructibus ſuperfluiſ cumulata pervenerint, arg. leg. 1. ff. de Offic. Procur. Caſar. ſiquidem ſi quis det centum Cajo, ut poſſit peregrinari, & ire Romam, cum conditione, ut quòd ſupererit, pauperibus erogat; utique de juſtitia tenetur erogare egenis quòd ſupererit; neque abſolvi poteſt, ſi ſibi retinetur, niſi reſtituat, ut optime diſſerit Layman lib. 4. traſt. 2. cap. 3. num. 3. ubi canoneſ, rationeſ, ac Doctoreſ tenenteſ, beneficiarioſ prædictoſ eſſe obligatoſ reſtituere ſuperfluoſ fructuſ beneficiariorum, que poſſident; & rogantur Lectoreſ legere attentè dicta ejuſdem Laymani, & Theologieſ, ac Canoniciſ per cum allegatoſ.

Neque ſubſiſtunt fundamenta ex adverſo conſiderata. Non primum, quòd beneficiarii ſint domini eorumdem fructuum; quia ſunt domini abſoluti pro portione ſibi neceſſaria ad viduum, & veſtitum; at domini conditionatiſ circa ſuperfluoſ, ut ſcilicet expendant illoſ in pauperes, & uſus pios. Legatarii, & Fideicommiſſarii ſunt domini bonorum ſibi relictorum; Peregrini, de Fideicom. art. 33. num. 29. at ubi ineſt conditio reſtituendi illa bona alteri, non poſſunt liberè ea vendere, aut de ipſiſ diſponere. Sord. conſ. 357. num. 12. Eminentiſſ. Card. de Lugo de Juſtitia, & Jure diſp. 2. num. 6. quod ſi ſecùs fecerint, datur reſtitutio. Peregrini, de Fideicom. art. 39. num. 11. Igitur idem dicendum in beneficiariis, quorum dominium in fructibus ſuperfluiſ eſt conditionatum, non liberum, aut abſolutum. Nec

Nec relevat secundum, quod Ecclesia non retractat contractus, & dispositiones in usus profanos factas à beneficiariis. Nam de facto eas non retractat, quia Prælati vel non possunt, vel non curant retractare, & de jure retractantur, quia plura Concilia, & plures Canones illas irritant. Legantur *cap. Episcopi. cap. Manifesto; & seqq. usque in finem. 12. q. 1. cap. Similiter. cap. Qui juxta. cap. Revertimini. cap. Decime. 16. q. 1. cap. Quod autem. 23. q. 7. cap. 1. & tot. tit. de Peculio Clericor.* Non omnes Prælati tenent præ manibus Squillantem de obligationibus Episcoporum, ideo à pluribus abstinent, quæ de jure facturi essent. *Multi pergunt, ( ut loquamur cum Seneca lib. de Vita beata ) non quæ eundem est, sed quæ itur. Vel cum S. Augustini in Enchirid. cap. 20. Peccata quamvis magna, & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur, undè & illud Aristotelicum: Ab assuetis non fit passio.* Non sunt igitur attendenda exempla Ecclesiasticorum ex fructibus beneficialibus ditantium consanguineos; sed legenda Sacra Concilia, & eorum Canones, hujuscemodi facta prohibentes.

Non suffragatur tertium ob facultatem, qua fruuntur beneficii, liberè testandi: Nam de jure prohibetur esse istud quomodo testari *cap. 1. cap. Quia nos. cap. Cum in officium, cap. Relatum. l. 2. de Testam.* Et eundem non alia ratione, ut ajunt DD. apud Layman *d. lib. 4. traç. 2. cap. 3. n. 6. in fine,* nisi ut ipsi beneficiarii prompiones essent ad bona, quæ ipsi superfluis, in pias causas erogandas; scientes, nullam sibi facultatem superesse, & de his post mortem suam disponentibus. Et prædicti Canones editi sunt à Summis Pontificibus undecimo, & duodecimo saeculo reprobantibus, & adhuc sunt in usu in pluribus Regnis, ac Provinciis, in quibus servatur usus ipsorum, dum beneficiarii moriuntur. Igitur consuetudo testandi in variis partibus introducenda à beneficiariis fumpsit exordium, quia disponebant ad pias causas, & titulo Elemosynæ, juxta *cap. ad hac. 8. de Testam.* Traçtum autem temporis consuetudo hæc declinavit in abusum, tacentibus Episcopis, & permittentibus etiam ad profanos usus, & ad ditandos consanguineos hereditates beneficiariorum transfere, cumque hæc consuetudo dilatata sit in multas regiones, & difficillimum foret, eam abolere, toleratur ab Ecclesia; præcipue ex eo quod plurimi clerici testantur de his, quæ collegerunt non de fructibus superfluis, sed de his, quæ cumularunt ex eorum parsimoniâ, de Elemosynis Misarum, quotidianis distributionibus, vel aliis personalibus industriis, aut bonis Patrimonialibus; in que actu pratico impossibile est distinguere, ac separare à fructibus superfluis beneficii; ideo totum negotium relinquunt conscientie eorumdem beneficiariorum; qui consuleri debent animæ suæ, & reflectere ad obligationem propriam, ad quam tenentur de jure, & de Justitia; scilicet, ad quam tenentur, dandi in Elemosynam quod superest eis iis, quæ habent ab Ecclesia, ultra eorum honestam sustentationem; vel si testantur in morte, relinquendi in causas pias; aliter peccant mortaliter, & obligati sunt ad restitutionem, juxta veriore, & securiore opinionem, quam ultra Theologos plerumque, ac gravissimos supracitatos, & adductos per Layman *d. lib. 4. traç. 2. cap. 3. num. 3. tutati sunt celeberrimi Canonistæ, quos longa serie allegat, & sequitur Abbas Panoritanus in repetit. cap. Cum esset. num. 21. de Testam.* ubi fatetur in foro animæ, & pro conscientia nunquam potuisse approbare sententiam contrariam. Meherclè mirum est, quod tanti Doctores contrarie opinionis dicant, infusus superfluis beneficii non expendentem in pios usus mortaliter peccare; deinde eum liberent à restitutione; quia si non peccat contra ju-

sticiam, tamquam dominus absolutus ipsorum fructuum superfluum, neque peccabit mortaliter; adinstar laicorum divitum, quos non peccare mortaliter dicunt, non expendentes superfluum in pauperum necessitates, quia sunt domini absoluti; & non tenentur de Justitia ad Elemosynam dandam in necessitatibus communibus egenorum. Igitur aut beneficiarii nullum peccatum mortale committunt, non dantes superfluum in usus pauperum; aut si mortale committunt, peccant contra justitiam ob obligationem in vitam fructibus Ecclesiasticis de dandis superfluis in pios usus, & per consequens non dantes tenentur ad restitutionem.

Utinam beneficia possidentes, si Theologis, ac Canonistis prædictis studere recitent, saltem non detrectent legere librum de Pretiositate Elemosynæ Illustrissimi, ac Reverendissimi Alexandri Spirelli Episcopi Eugubii, qui toto *cap. 46. tractat de hac obligatione Ecclesiasticorum dandi superfluos fructus in Elemosynam; & cap. 47. num. 17. ita loquitur: Io nel precedente Capitolo ho apportate le opinioni più ricevute de' Teologi: mà in somma sono opinioni, non cerchezze. Non mancano gravissimi Dottori, che sostengono le contrarie opinioni; cioè a dire, che il dominio delle rendite Ecclesiastiche sia di Dio, ò della Chiesa; Che i provvisi de' Beneficii, dell' Abbatie, de' Veskovati ne siano amministratori, con facoltà di pigliarne il decente vitto, e vestito; ed il sostenimento della necessaria famiglia, con obligo di dispensare il rimanente a' poveri, i quali hanno il Jus, e l'azione sopra il residuo; e quindi concludono, l'obligo essere di GIUSTITIA, e consequentemente, che in quanto i poveri ne restano defraudati, ci entri l'obligo della restituzione. E dice il Navarra, che anche questa è comune opinione, con portare una lunga serie di Dottori; ed aggiunge, che volentieri avrebbe tenuta la contraria, se vi avesse potuto aggiungere la sua coscienza. Satis fit prohibitio, quam facit Tridentinum Concilium *d. sess. 5. cap. 7. de ref. Ne Episcopi, ( alique omnes Ecclesiastici ) eis redditibus Ecclesia consanguineos, familiaribus suos augete studeant; sed si pauperes sint, eis ut pauperibus distribuant.* Eadem obligationem habere sciunt Pensionarii, & Prælati Monasteriorum, quorum annui redditus excedunt necessarias expensas victus, & vestitus, ac mantentionis fabricæ, suppellectilique Ecclesiarum. Spirell. *d. cap. 46. num. 7. DD. apud Dianam Coordinatum tom. 4. traç. 7. resol. 29. & 32. Quæ in veteri habentur part. 5. traç. 8. resol. 29. & resol. 33.**

Confirmatio quod hucusque scripsimus, exempla sequentia. Apparuit anima Philippi Cancellarii Parisiensis, dudum defuncti, Guillelmo Archiepiscopo ejusdem Civitatis, exploitante se æternis penis damnatam; & inter alias sue damnationis causas retulit, fuisse pluralitatem beneficiorum, quæ in titulum obtinebat; nec non eorumdem fructuum superabundantem denegatam in pauperes distributionem. Ita Thomas Cantipraten. *lib. 1. cap. 49. part. 7. ac B. Dionysius Cartusianus, de Pluralitate benefic. cap. 7. In Historia Anglicana legitur, Canonicum opulentis Præbendæ possessorem, sed negligentem dare Elemosynam egenis, post obitum apparuisse amico suo, eique dixisse, se ob dilapidatos fructus Præbendæ in usus profanos damnatum esse. Eadem exempla habentur apud Mattheolum in Sylva Historiali *part. 1. lib. 3. cap. 1. Tit. 18. Exempl. 1. & 2.* Utique cordati Ecclesiastici fatigant viventes esse liberales in pauperes, & alia pia opera; in morte verò si quid possident, in usus Religiosos disponent.*

Quo ad Quintum, Utrum hæres dantes vel ex testamento, vel ab intestato bona beneficiarii expingui Præbenda cumlata, si ipsi non sint pauperes, teneantur ad ea restituenda pauperibus, vel Ecclesiis? 22

Hæc

Hæc est questio cæteris amarissima; at in sensu veritatis eidem respondet Layman *d. lib. 4. traç. 2. cap. 3. n. 9.* quod secundum opinionem Doctorem, asserendum ipso beneficiario, esse peccatum mortaliter, non esse obligatos restituere, multo minus esse adstringendos eorum hæres ad restitutionem, si capiant bona, fructusve beneficii superflua. At secundum sententiam contrariam, quam ipse Layman amplectitur, contrarium affirmandum venit. *Sienim (ait) reddidit Ecclesiastici, qui superflui sunt, ex naturali Justitie lege in pium aliquem usum erogari debent, quia cum tali onere, ac tacto passò à fidelibus profecti sunt, manifestè sequitur, si quis eos alio titulo donationis, aut legati accipiat, in conscientia tulum non esse, sed restitueri obligatum; sicuti bene preter alios docet Gabriel in 4. dist. 15. cit. q. 8. art. 3. dub. 6. Angelus Verh. Clericus 3. q. 4. & 13. q. 2. Navar. de Redditib. Eccles. q. 3. Monit. 17. n. 6. de Spoliis Clericor. f. 13.*

Hanc opinionem approbare censetur Sanchez *Consil. Moral. lib. 2. cap. 2. dub. 54.* ubi obligatos esse hæres beneficiariorum expendere bona hereditatis in usus pios, non autem profanos, ait enim num. 3. *Probabilis opinio est, posse in Hispania consanguineos succedere Clericis non Episcopis, etiam in redditibus Ecclesiasticis ab intestato, propter universalem Hispanie consuetudinem, modo consanguinei verè existant, saltem quantum ad hærum, vel habeant animum eum bona in pauperes expendendi, vel in pias alias causas.* Ratio est, quia, quantum ad hoc, consuetudo non est irratiocinabilis, & ita potuit iuri humano aliud erigere, hanc ab intestato successorem disponenti derogare. Non tamquam licet, ea bona in usus profanos expendere; quia, quoad hoc consuetudo esset irratiocinabilis, iurisque Divini adversari. Probatur, quia in vita ipsius beneficiarii id non possunt facere cognati, ex donatione, & consensu expresso ipsius; ergo nec in morte, liquidem non plus juris habent per successionem, quam per donationem.

Emin. Cardinalis de Lugo tractans hanc questionem de *Jur. & Jure disp. 23. sèd. 6.* quamvis teneat beneficiariorum non teneri expendere superfluos fructus beneficiariorum in pauperes de Justitia, sed tantum ex Religione; nec tene abolvere hæres eorum ab obligatione restituendi eorumdem fructus, quos Legato, vel hereditate capiunt, ex illa inconclusiva conclusione omnium Theologorum, & Moralistarum, quod hæres tenetur de Justitia solvere vota realia defuncti, de qua etiam Bonacina *tom. 2. circa secundum Decalogi Preceptum disp. 4. quest. 2. p. 2. §. 2.* ubi alios citat. Modo Gardin. de Lugo *d. sèd. 6. num. 102.* ita ratiocinatur. *Ergo si hæres repræsentat personam defuncti quoad illa bona, debet subire eandem obligationem, quam defunctus habebat circa illa. Nec potest facile reddi ratio, cur res debita ex voto dandi elemosynam v. g. transferat ad heredem cum eadem obligatione, & fructus quos defunctus tenebatur dare pauperibus, eo quod essent redditus Ecclesiastici, non transferant ad heredem cum eadem obligatione; cum utraque obligatio sit ex sola Religione, & magis realis, seu magis intrinseca, & annexa videatur ipsi bonis Ecclesiasticis obligatio illa, quæ fundari videtur in natura, & conditione talium bonorum, quam sit obligatio ex voto, quæ est magis accidentalitio, & extrinseca, proveniens solum ex promissione voluntatis. Consequens videtur durum, &c.* Et utique durum est quod hæres teneatur restituere rem, quam defunctus ex voto tenebatur dare in opus pium, & non sit obligatus restituere fructus superfluos beneficii repertos in hereditate, quos defunctus sive ex justitia, sive ex Religione tantum erat omnino adstrictus dare pauperibus, vel in alia pia opera expendere.

Replicabunt Hæreses: Consuetudo stat in contrarium. Non inficior, sed tantum addo verba Gonzalez in Commentar. ad *cap. 1. num. 14. de Consecr. Licet consuetudinis auctoritas levis non sit, illa tamen procedat, cum veritas, & ratio illi suffragatur; aliam non consuetudo, sed corruptela erit, cum rationem non vincat. l. 2. c. Que sit longa consuetudo.* Pro non expendendis fructibus beneficiorum in usus profanos, eique non ditandis consanguineis divitiibus habemus rationem, Sacra Concilia, Canones, dicta Sandorum Patrum. Pro eis liberè expendendis, & ab hereditibus occupandis habemus consuetudinem. Cogitet, qui de salute æterna cogitat, & decidat. Attendet legant Curati Animarum, ad quos principaliter dirigitur hæc Decisio, Paulum Sænerium in libello *lib. 1. cap. 16. §. 3. & 4.* Et ejusdem Auctoris Concionem octavam esse illis per eum habitis in Palatio Apostolico, impressis Romæ Anno 1694. apud Jo. Jacob. Komarsch; Et eorundem hæres reflectant ad verba Pacis Jordanii Episcopi Traguriensis, doctrina, ac pietate eximii, qui nostris vixit temporibus; ipse enim *tom. 1. lib. 2. tit. 1. num. 83.* ita scribit: *Quantis tamvis esset obligatio restituendi, nihilominus gravissimum est letaliter delinquere, in hac presertim re, que nobis propolia esse debet ad benevolentiam. Hinc fortè procedat, hujuscemodi acquisitiones non esse durabiles, & ut vulgo dici solet, Bobba di campana, se foris non grana. Horravimus, quod scribit Pater Antonius Molina de Instruccioni Sacrorum *traç. 2. cap. 15.* in fin. multos Prælatos sepultos esse in Inferno; eo quod superflua non expendissent in usus pios.*

Quo ad Ultimum: Si querimus, Quanta sit vis Elemosynæ in delendis penis debitis pro peccatis? respondeamus esse maximam, quippe superat orationem, jejunium, & alia opera satisfactoria, ut demonstrat S. Thomas in *Suppl. q. 13. art. 3.* & factis est (ultra attentionem Raphaelis Angeli ad *Tobiam 12. q. 9.* Ipsa est, que purgat peccata) adducere promissionem Redemptoris, *Luce. 11. 41. Verumtamen, date Elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis:* habet enim vim purificandam animam à peccatis, ideo satisfaciendæ penis, quibus pro peccatis esset adstricta. Hinc S. Leo Papa. S. Ambrosius, & S. Cyprianus, quos citat P. Sænerius in *Christiana Instruç. part. 1. Sermo 17. num. 23.* vocant eam altissimum Baptisma, quia sicut Sacramentum Baptismi delet non solum culpam, sed etiam totum reatum, ideo omnem penam pro culpis debitam, S. Thom. *part. 3. quest. 69. art. 2. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 2.* ita Elemosyna satisficit pro penis debitis pro peccatis; & hujus efficacie in satisfaciendo plurima habentur in Historiis Sacris exempla.

B. Petrus Damianus *lib. 1. Epist. 9.* scribens ad Nicolaum Papam II. narrat eidem, animam Summi Pontificis Benedicti VIII. Episcopo Carpeni apparuisse, ac indicasse, se in penis Purgatorii detineri; illumque rogasse, ut iret ad Joannem Papat fratrem suum, & pecuniam in tali causa crumena reconditam pauperibus elargiretur; ex qua penis, quas patiebatur, satisfactum foret, ut alius Illustrissimus Episcopus Spirellus in libro *de Pretiositate Elemosynæ cap. ult. n. 7.*

In Revelationibus Extravagantibus Sanctæ Birgitte *cap. 16. pag. milii 774. & 775.* Beatas Memorias Dominus Ulfho Gudmarson quondam Marius B. Birgitte premortuus apparuit eidem, Paganum Purgatorii sui assignans causas, & ceteris liberationis sue remedia declarans, inter cætera hæc ei dixit: *Præcipue etiam sollicitus sit erga pauperes, non parcendo distribuere vasa, & equos, & alia, in quibus delectando maxime peccavit. Calices quoque aliquos, si poterit pro Sacrificio Dei non negligas offerre, quia certissime proficiant animæ ad salutem. Ecce virtus Elemosynæ in remittendis penis pro peccatis.*

In aureo illo libello *Lume d' vici dall' esempio de' Morti*, habetur: Ven. Moniali Franciscæ à Sanctissimo Sacramento in frequentibus illis apparitionibus animas Purgatorii solitas fuisse petere inter cætera suffragia subsidium Eleemofynarum in pauperes, & jure quidem: nam *Ignem ardentem extinguis aqua, & Eleemofyna restitit peccatis. Ecol. 3. 33.* Quare unusquisque fatagat propria debita, quæ pro peccatis tenentur Divinæ Justitiæ, subveniendò pauperibus, & in piis usibus expendendò pecunias, extinguere, & faciatis id, quod susceperat Daniel Nabuchodonosori Regi: *Peccata tua Eleemofynis redime, & iniquitates tuas misericordiam pauperum. Dan. cap. 4. Vers. 24.*

Concludat hanc exhortationem relatio de Sancta Ida Virgine Hybernensi, quæ vixit in sexto seculo, & quam ponit Hieronymus à Basilica Petri in suis *Ephemerid. Sacris die 15. Januarii. n. 10. p. 369.* his verbis: „Effendo morto un Zio d' Ida, che aveva lasciati otto figliuoli, avendoli mandati à chiamare la Santa, disse loro: piangiamo il vostro Padre, e mio Zio morto, si perchè non lo vedremo più in questo paese, come anco perchè si trova in gravissime, & atrocissime pene per soddisfare alla Giustitia divina, e purgare l'anima da peccati commessi, e procuriamo d' aiutarlo ad uscire da quelle. Io ho desiderato parlarvi, attesochè se sarete quel che vi dirò, spero, che presto lo troveremo dalle fiamme purganti. Promettendovi esser di fare qualunque cosa loro avesse comandato, disse ella: Ciacum di Voi dia per quest'anno ogni giorno in limosina pane, vino, carne, e caseio; e poi ritornare da me, che vi saprò dire, se farà di bisogno seguitare ancora. Passato il primo anno essendo egli ritornati, disse loro la Santa: Vostro Padre con le vostre limosine, con le mie orazioni, e con i suoi propri patimenti, ha soddisfatto in buona parte i debiti, che teneva a Dio; però sia ancora nelle pene, ond' è bene, che seguitate per questo secondo anno a fare le opere di Misericordia, & di Religione, e poi venite, che saprò dire come starà. Tanto avendo quei giovini fatto, ritornarono la seconda volta ad Ida, la quale così disse: Vi do buone novelle, però non ottime, nè per l'intero buone, Vostro Padre, e mio Zio, sia fuori delle pene, ma perchè in vita sua non diede un vestito ad un povero, però si trova nudo, e non può comparire alla presenza di Dio, sicchè fate così, in questo terzo anno vestite Voi per lui dei poveri; supplite al mancamento di carità da lui commesso, e poi ritornate a me. Finalmente disse a' suoi Nipoti: La Misericordia di Dio, le vostre Limosine, e le mie Orazioni hanno aperto le porte del Paradiso, ed intronessò nella gloria vostro Padre. Sicchè figli dilettissimi imparate, quel che dovete fare in questa vita, per non avere a patire nell'altra; e non aver bisogno dell'ajuto altrui, del quale non possiamo assicurarci, che siano per darcelo, ancorchè lo ordiniamo ad altri. Hæc omnia aiebat S. Ida nepotibus, & eadem Parochi suis plebibus poterunt annunciare, ut fatagant in hac vita Eleemofynis luere penas pro propriis peccatis debitas.

## DECISIO XI.

## ARGUMENTUM.

Agitur de præcepto Virtutis Pœnitentiæ; & disputatur: Quando vi hujus præcepti teneatur, qui peccavit, penitere? An tantum in articulo, vel periculo mortis? An verò statim post commissum peccatum? Vel quanto tempore post? An quoadcumque peccata menti occurrunt, sive nondum dimissa, sive etiam jam expiata?

Speculativæ opiniones præcticas exemplis comprobantur.

## SUMMARIUM.

1. Pœnitentiæ virtutis Præceptum quo tempore obliget?
2. Mortis in articulo quilibet de præcepto teneatur penitere.
3. Penitentiam an statim post commissum peccatum?
4. Penitentia quanto tempore differenda?
5. Recordatio culparum an obliget statim de eis penitere?
6. Quid de culpis alias confessis, & dimissis?
7. Petrus Apostolus Jugiter aolebat de sua negatione Christi.
8. Exemplum suggestionis diabolicæ in articulo mortis.

**A** Nequam transeamus de Pœnitentia tanquam Virtute ad Pœnitentiam, quæ est Sacramentum, breviter est examinanda celeberis illa Quæstio, circa quam torquentur ingenia Scholasticorum, ac Moralistarum; videlicet: *Quando necessitas Pœnitentiæ urget, & præceptum contritionis obliget? aut clariùs, quod tamen idem est, Pro quo tempore obliget Præceptum Pœnitentiæ Virtutis?* quam quidem quæstionem examinat Moralitè, quos allegat Diana *part. 5. traç. 13. resol. 37.* & *luisi part. 11. traç. 8. resol. 51.* Quæ repositæ sunt in ejus *Coordinato Oper. tom. 1. traç. 3. resol. 85.* & *86.* & alii plures Neoterici ex Carmelitæ, enunciati per Collegium Salmanticense *tom. 11. De Sacramento traç. 6. cap. 1. num. 46.* Ex Scholasticis autem inter modernos Emin. Cardin. de Lugo *cod. traç. 14. art. 7. doctissimi Mastris in 4. sent. disp. 5. à n. 201.* & *segg.* Et in sua *Theologia Morali disp. 21. à n. 62.* & *segg.* præter antiquos Theologos, ac Summas à prædictis auctoribus citatos.

Cæterum pro intelligentia quæstionis advertunt omnes, eam proponi non de Sacramento Pœnitentiæ, circa quod Ecclesiæ determinavit, eam obligare semel in anno, neque hanc quæstionem examinari respectu extraneorum accidentium; sed de obligatione per se, & ab intrinseco, ratione virtutis Pœnitentiæ, certum est enim per accidens, & respectu alterius obligare aliquando, ut si quis confessus peccati mortalis debeat suscipere aliquod Sacramentum de iis, quæ appellantur vivorum, vel ex officio teneatur Sacramenta ministrare; tunc enim si desinat Confessarius, tenetur penitere, & actum contritionis elicere, ob virtutem Religionis, quæ vetat suscipere, vel ministrare Sacramenta in mortali. Itaque Quæstio præsens est, quando, & quo tempore Virtus pœnitentiæ; (quæ consistit in perfecta contritione cordis, ut probatur est supra *Decif. I.*) obliget peccatorem ad dolendum de peccato, dolore quidem perfecto, qui dicitur Contritio, & quidem ex intrinseca obligatione, & ex præcepto Virtutis Pœnitentiæ? Circa quam venient discutendi sequentes articuli.

Primo, An hoc præceptum Pœnitentiæ obliget in articulo mortis? vel morali ejusdem mortis periculo?

Secundo, An etiam in vita statim post commissam culpam?

Tertio, Si non statim; quanto tempore post culpam commissam?

Quarto, An quoadcumque peccata commissa, & nondum dimissa menti occurrunt, & de eis contingit cogitare?

Quinto, An etiam quoadcumque veniunt in mentem peccata aliàs commissa, sed dimissa?

Quo

2. Quo ad Primum: Procedendum est cum distinctione. Vel non reperitur Confessarius, cui confiteri possit peccata sua ille, qui est in articulo, vel in periculo mortis; Et in hoc casuum omnes scribentes concorditer tenent obligatum esse adimplere præceptum Pœnitentiæ, eliciendo scilicet actum doloris, & veræ Contritionis pro omnibus suis peccatis. Ratio est manifesta, quia si tunc non fiat Pœnitentia, non superest aliud tempus, quo fiat; non enim datur locus penitentiæ salutaris in alia vita. Ita Eminentiſs. Cardin. de Lauræa *d. disp. 14. num. 139.* & *segg.* & Mastris *d. disp. 5. num. 201.* Aut adest Confessarius, qui ejus Confessionem audiat, & absolvat; & in hoc casu discordes sunt Doctores, alii etenim volunt, adhuc expleta confessione, & recepta absolutione teneri elicere actum Contritionis, & dolere iterum de peccatis, ex lege charitatis Dei, cui in illo articulo homo curare debet se conjungere per actum dilectionis Divinæ, quæ requirit perfectam Contritionem offensarum præteritarum; & ex qua magis providet homo salutem æternam sui ipsius, ut latius Suarez in *3. part. d. Thomæ tom. 4. disp. 15. sect. 4. à num. 17.* & *segg.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quest. 8. punct. 4.* Sanchez *tom. 1. in Decalog. lib. 1. cap. 1. num. 34.* & alii apud Collegium Salmanticense *d. tom. 11. de Sacramento traç. 6. cap. 1. n. 35.* Contrarii tamen magis probabiliter docent Moralitè, quos citat, & sequitur Eminentiſs. Cardin. de Lugo de Pœnitentiæ *disp. 7. num. 263.* & idem Collegium Salmanticense *d. cap. 1. n. 39.* Plurimi apud Dianam *Coordinatum cit. tom. 1. traç. 3. resol. 85.* num. 7. ubi reddit hanc rationem, quia tota obligatio præcepti Contritionis oritur ex necessitate justificationis, ergo cessat, cum jam peccator sit justificatus per Confessionem Sacramentalem in eodem articulo, vel periculo mortis factam, etsi cum sola attritione, quia virtute Sacramenti est attritus factus est contritus, & in eadem confessione virtualiter intelligitur actus dilectionis Dei.
3. Quo ad secundum articulum: An peccator extra peccatum, vel articulum mortis teneatur statim post commissam culpam penitere? Non pauci DD. affirmant ob sequentes rationes. 1. Quia sicut non licet committere peccatum, ita non est licitum manere in illo. 2. Quia sicut statim corpori ægotanti queritur remedium, ita & anime. 3. Quia sicut proximo erranti tenetur per correctionem fratrem subvenire sine dilatione, ita & nobis ipsis. 4. Quia, qui offendit proximum, debet eidem statim satisfacere. Ergo eo magis Deo. 5. Quia nolle statim converti, denotat velle perse verare in peccato, quod est intrinsece malum; & 6. Quia id habetur in Sacra Scriptura, & præceptum *Ecol. 5. 8. Non tardes converti ad Dominum. Et non differas de die in diem.* Et Apostolus *ad Rom. 2. 5. Tu autem secundum duritiam tuam, & impatientem cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire.* His tamen non obstantibus contraria opinio communis est tam Scholasticorum, quam Moralistarum; hi enim omnes tenent, nullam esse obligationem penitentis statim post commissam culpam; & due sunt præcipue rationes; Una, quod nullibi reperitur in Scriptura Sacra, in jundum esse peccantis, abique mora, & immediate à peccato surgere. Altera, quod si talis esset obligatio, sequeretur, quod peccatores quolibet momento peccarent novo peccato impenitentiar, & toties deberent illud in Confessione explicare; quod non est in usu Ecclesiæ, nec unquam ab aliquo Concilio id fuit traditum. Ita Eminentiſs. Cardin. de Lauræa *d. disp. 14. de Pœnitentiæ à num. 146.* & *segg.* Mastris *d. disp. 5. num. 202.* Gobat *traç. 6. num. 171.* *Esper. Theol. & Collegium Salmanticense,* plurimos ex Neotericis allegans *d. tom. 11. traç. 6. cap. 1. num. 46.* Concordari possunt hæc opiniones, ut secunda vera sit de rigore præcepti (quod utique

non extat) statim, & nulla interposita mora referendi à peccato; prima verò locum habeat de congruo, & ex consilio; semper enim horatendi, & monendi sunt peccatores, ne differant suam conversionem ex illis importantibus motivis, de quibus præter, ac doctè differit P. Paulus Sægenius in *Christiano Instruç. part. 3. Serm. 1. per totum.* Ad rationes autem contrarias uno verbo respondetur, eas vim habere tempore, ac loco opportunas; non autem statim, & absque ulla dilatione circa, quam veniebat præfens articulus.

Quo ad Tertium: Cùm non teneatur peccator ex præcepto statim penitentiam agere, si querimus quanto tempore licite possit illam differre? Diana *in cit. part. 5. traç. 13. resol. 13.* quæ in Coordinato est *d. tom. 1. traç. 3. resol. 85.* refert circa hanc dilationem quatuor opiniones. *Unam* Marfilii, Vi-guerii, & Petri Soto ajentium peccatorem teneri præcepto ipsius contritionis in diebus festis. *Altera* Adriani, & aliorum asserentium obligari peccatores ad penitentiam, quando magna aliqua calamitas imminet populo. *Aliam* Dominici Probudentis obligationem penitentis, quando est probabile periculum oblivionis peccatorum; & *Aliam* Suarezii, Coninchii, & Ochogavia concedentium dilationem, ita tamen, ut non expectetur tempus mortis. Ipse verò Diana cum aliis, quos cumulat, Doctoribus, nullum tempus penitentis ex præcepto agnoscit ad virtutem Penitentiar, nisi in articulo, vel periculo mortis. Hanc Dianæ, & Comitum opinionem confutant plurimi relati à Collegio Salmanticense *d. traç. 6. cap. 1. num. 38.* & *segg.* ubi extendit *num. 55.* ait, alios, DD. extendere hanc obligationem ad triennium, alios ad quadriennium, & alios usque ad quinque annos. Porro Eminentiſs. Cardin. de Lugo de Pœnitentiæ *disp. 7. num. 240.* & cum eo Mastris *d. disp. 5. num. 206.* innoctè videntur, dilationem penitentiar esse arbitrandam juxta circumstantias, & qualitates peccatorum, prout fieri solet in aliis materiis jejuniis, furi, & dilationis votorum; itaut minus tempus concedendum sit Religiosis, vel uxoriatis, quam Laicis, vel personis liberis, & sic de aliis. Eminentiſs. Cardin. de Lauræa *cit. disp. 14. num. 151.* & *segg.* firmat posse à peccatore differri penitentiam usque ad tempus in quo tenetur elicere actum dilectionis Dei super omnia; nam amor Dei super omnia includit vel formaliter vel virtualiter deteriorationem omnium peccatorum, quæ detestatio cum dolore cordis est actus veræ Pœnitentiæ. Has omnes tamen Magistorum opiniones, falsæ est, ut venenim. Cæterum, ut concretius aliquid in hæc, potius videtur affirmare, id quod innuit idem Mastris *d. num. 206. in fine*; & in quod inclinat Sapientissimum Collegium Salmanticense, ubi proxime *num. 55.* videlicet, postea à peccatore differri obligationem penitentis, usque ad tempus ab Ecclesiæ præscriptum pro annua Confessione, licet enim aliud sit præceptum penitentiar de peccatis commissis, quod est naturale Divinum, & aliud consistens peccata annuatim in Paschate Resurrectionis Domini, quod est quod ad hoc tempus Ecclesiasticum; nihilominus cessante articulo, vel morali periculo mortis, aliove extraordinario gravi motivo, rationabiliter determinari potest dilatio ad penitentiam usque ad festa Paschalia; tunc enim si adest Confessarius, per aduentum, ac Sacramentalem Confessionem delictorum peccator satisfacit utrique præcepto, scilicet Divino, & Ecclesiastico; quod si non possit habere copiam Confessarii, tenetur de præcepto per contritionem penitere, & dolere de peccatis commissis, quod si non agat, peccet novo peccato contra præceptum Pœnitentiæ; prout duplici peccato se noviter coinquinet; si adest Confessarius, & tamen omitat elicere actum contritionis, vel

C